Docenten och Riddaren
Herr Dr V. Knös
med utmärkt högaktning och
tacksamhet från
Författaren

STUDIA SYNTACTICA

I.

SYNTAXIS INFINITIVI PLOTINIANA

COMMENTATIO ACADEMICA

SCRIPSIT

E. NORDENSTAM



UPSALIÆ MDCCCXCIII
TYPIS DESCRIPSERUNT ALMQVIST ET WIKSELL

Docenten ...
Herr Dr V. Knös
med utmärkt högaktning och tacksamhet från
Författaren

STUDIA SYNTACTICA

I.

SYNTAXIS INFINITIVI PLOTINIANA

COMMENTATIO ACADEMICA

SCRIPSIT

E. NORDENSTAM

UPSALIÆ MDCCCXCIII
TYPIS DESCRIPSERUNT ALMQVIST ET WIKSELL

STUDIA SYNTACTICA

I.

SYNTAXIS INFINITIVI PLOTINIANA

COMMENTATIO ACADEMICA

SCRIPSIT

E. NORDENSTAM



UPSALIÆ MDCCCXCIII
TYPIS DESCRIPSERUNT ALMQVIST ET WIKSELL

Syntaxi græcæ ut operam diu dederint viri doctissimi, nec quæ ii protulerunt, despicienda sint, tamen non est negandum eos, qui in hac re versati sunt, in ea tantum dicendi consuetudine perscrutanda, qua usi sunt scriptores classici, qui vocantur, atque in communi eorum verba conjungendi ratione exquirenda maxime occupatos esse. Quo factum est, ut quamquam jamdiu intelligitur, quantam operam perdiderint ii, qui philosophorum disciplinas secuti id tantum quæsiverunt, quomodo cogitandi leges formæque animo innatæ lingua et verbis exprimerentur, tamen his proximis demum annis viri docti studerent, ut in syntaxi scribenda exponerent, quomodo verba verborumque formæ ad sermonem formandum variis modis per tempora usurpata essent. Cujus generis syntaxis, quam recte historicam vocamus, ut perficiatur, necesse est singulorum scriptorum omnium temporum dicendi genus et consuetudinem diligenter perscrutari; neque enim nisi hoc modo apparebit, quomodo in re syntactica lingua creverit et mutata sit. Quod via et ratione egregie instituit, ut alios eosque præstantissimos omittam, SCHANZ, quo auctore viri doctissimi accuratiore historica ratione adhibita singulas syntaxis partes in libris illis, qui communi inscriptione vocantur *Beiträge zur historischen Syntax der griechischen Sprache,* tractant. Hi ab antiquissimis temporibus usque ad Aristotelem procedunt. Neque ab iis maxime ad hoc opusculum scribendum me adductum esse nego.

Duæ autem viæ scriptores, eo modo, quo nuper dixi, perscrutandi esse videntur, altera, quam ingressus est Schanz, si singulas res syntacticas per plures scriptores persequimur, altera, qua in hac commentatione usus sum, si unum auctorem pluribus ex partibus perlustramus. Illa efficit, ut gravissimos locos syntaxis summatim cognoscere et facilius animo percurrere possimus. Hæc autem quum ad syntaxin historicam aliquid affert, tum ad auctoris, de quo agitur, dicendi genus magis cognoscendum fortasse nonnihil valet.

Ab eo, qui hujusmodi labori se dedit, jure poscitur, ut totum exemplorum numerum accuratissime colligat; neque enim alio modo fieri potest, ut singuli auctores et diversa dicendi genera inter se comparari possint. Quamobrem et ego in hac mea commentatione omnia exempla, quæ ad quemque locum pertinuerunt, attuli, iis tamen exceptis locis, ubi nullius momenti esse singula afferre apertum erat. (Sed quum tantum exemplorum numerum coacervaverim, omnia exscribere, quod fecerunt recentiores quidam, qui de rebus talibus egerunt, aptum mihi non visum est.)

In Plotini sermonis usu cum aliorum dicendi genere comparando maxime intererat eos adhibere, qui sermonis ratione ei proxime accedunt. At hic monendum est, post Platonem nullos fere scriptores singulos exploratos esse. Quare, ut credendum esset, si scriptorem nostrum cum Aristotele comparavissemus, id magno emolumento futurum esse, tamen per temporum augustias non licuit cum scriptore illo Plotinum conferre. Si per res licuerit studia syntactica, quæ nunc in Plotinum institui, pergere, plures scriptores perlustrare mihi curæ erit.

At hic commonendum videtur, non sperari posse, fore ut multæ novæ res hujusmodi quæstione, in qua agatur de scriptore posterioris ætatis, proferantur. Nam posteriorum sermo magis ad certam consuetudinem pervenit magisque quasi confirmata est quam antiquissimorum sermonis usus, ubi verborum formarumque usu variante sæpius ali-

quid novi occurrit. Sed quum omnes scriptores omneque dicendi genus aliquid proprii habeat, commentatioque mea in auctore cognoscendo versetur, quem adhuc pauci tantum tractaverunt, me hoc opusculo aliquid ad syntaxin græcam profecisse crediderim, quod tamen pro rei magnitudine exiguum esse minime ignoro.

Enneades Plotini, quas nunc ex parte tractandas suscepi, e 54 libris constant, qui in sex partes, quarum quæque novem libros continet (unde nomen ductum), partiti sunt. Conscriptæ sunt intra annos 252—269 p. C. n. Quæ quum non longius tempus amplectantur, non erat credendum eas inter se sermonis usu multum differre. Quamobrem non aptum mihi visum est singulas Enneades inter se comparare, quo modo, ut alia omittam, dialogi Platonis a viris doctis collati sunt. Ac re vera dicendi genere haud dissimiles sunt; quod differt, rerum dissimilitudini tribuendum est.

Plotinus nulla sermonis elegantia excellit. Arte rhetorica numquam eruditus, rei tantum intentus in forma dicendi minimam curam posuit. Scripta ejus correcta edidit Porphyrius, discipulus ejus et amicus, cujus ab editione originem ducunt codices manuscripti, qui nunc exstant. (Quod contendit Creuzerus, vestigia editionis Eustochii in codicibus exstare, non satis comprobatum mihi videtur.) Quam Porphyrii retractationem latius patuisse, non est credibile. Nam leviter etiam aspicientibus apparet, quantum inter se differant eorum scripta, nec dubitandum est, quin veram Plotini indolem et ingenium in Enneadibus nostris perspicere possimus.

Plotini dicendi generis proprium est, quod varietate caret nec satis accuratum est. Certa artis vocabula et eadem verba sæpe redeuntia similitudinem efficiunt. Paucis tantum locis vi orationis excellit[1]. Exigua verborum copia

[1] Ut IV. 8. 1, ubi de exstasi agitur.

utitur, quod apparet, ut hoc afferam, si numerum verborum, a quibus pendet accusativus cum infinitivo, cum eorum multitudine conferimus, quæ apud alios, ut Thucydidem, hanc constructionem regunt. Ellipsin sæpe habet; omittit quidem sæpe verbum post ὥστε. (Etiam post ἵνα sæpe verbum deest.) Hæc et similia sunt formam dicendi negligentis. Sed laudandus etiam est, quod simplex est et rectus; in re, de qua agitur, semper hærens, lumina et insignia orationis spernit. In scriptis Plotini mores et ingenium ipsius apparent. Sincerus est et verus, gravissimis rebus, quas tractat, totum se dedens.

Index librorum, quos in commentatione mea scribenda adii et sæpius laudavi:

Editiones Enneadum Plotini:

Fridericus Creuzer ΠΛΩΤΙΝΟΥ ἍΠΑΝΤΑ. Plotini opera omnia Porphyrii Vita Plotini cum Marsilii Ficini commentariis et ejusdem interpretatione castigata cet. Oxonii 1835. I—III. (Creuzer.)

H. F. Müller Plotini Enneades recensuit. Antecedunt Porphyrius, Eunapius, Suidas, Eudocia de vita Plotini. Volumen primum. Berolini 1878. Vol. secundum. Berolini 1880. (HFM.) In exemplis afferendis hac editione usus sum.

Ricardus Volkmann Plotini Enneades Præmisso de vita Plotini deque ordine librorum ejus libello ed. Vol. I. Lipsiæ 1883. Vol. II. Lipsiæ 1884. (Volkmann.)

H. F. Müller Die Enneaden des Plotin übersetzt. Vorangeht die Lebensbeschreibung des Plotin von Porphyrius Erster Band. Berlin 1878. Zweiter Band. Berlin 1880.

G. Behrendt Über den Gebrauch des Infinitivs mit Artikel bei Thucydides. Berlin 1886. (Behrendt.)

F. Birklein Entwickelungsgeschichte des substantivirten Infinitivs. Würzburg 1888 (Bd. I h. 7 e Schanz Beiträge). (Birklein.)

M. Fellmann De ὡς ὥστε particulis earumque apud Tragicos græcorum poëtas vi et usu. Vratislaviæ 1883. (Fellmann.)

W. W. Goodwin Syntax of the moods and tenses of the Greek verb. London 1889. (Goodwin.)

L. Grünenwald Der freie formelhafte Infinitiv der Limitation im Griechischen. Würzburg 1885 (Bd. II h. 3 ex Schape Beiträge. (Grünenwald.)

A. Hallström Studia Pindarica. Upsala 1877. (Hallström.)

M. Hebold De infinitivi syntaxi Euripidea. Halle 1881. (Hebold.)

L. Heilmann De infinitivi syntaxi Herodotea. Giessen 1879. (Heilmann.)

E. Hübner Grundriss zu Vorlesungen über die griechische Syntax. Berlin 1883.

E. G. W. Hewlett On the articular infinitive by Polybius. Am. Journal of Philol. Vol. XI. Baltimore 1890. (Hewlett.)

J. Jolly Geschichte des Infinitivs im Indogermanischen. München 1873. (Jolly.)

A. Krah De infinitivo Sophocleo. Halle 1888. (Krah.)

R. Kühner Ausführliche Grammatik der griech. Sprache. Hannover 1870. (Kühner.)

E. Löfstedt Grekisk Grammatik. Stockholm 1873. (Löfstêdt.)

G. Michaelis De infinitivi usu Thucydideo. Halle 1886. (Mich.)

J. Paulsson Index Hesiodeus. Lund 1890. (Paulsson.)

J. Sturm Geschichtliche Entwickelung der Constructionen mit ΠΡΙΝ. Würzburg 1882. (Heft. 3 e Schanz Beiträge.) (Sturm.)

O. A. Tudeer De infinitivi sermonis Homerici ratione syntactica. Helsingfors 1876. (Tudeer.)

R. Wagner De infinitivo apud oratores atticos cum articulo conjuncto. Schwerin 1885. (Wagner.)

A. J. Vitringa Annotationes criticæ in Plotini Enneadum Partem priorem. Deventer 1876.

Ceterorum, quos laudavi, librorum inscriptiones aut plene perscriptæ sunt aut perspicuo compendio signatæ facile agnoscuntur.

Totam infinitivi doctrinam hoc loco explicare nec consilii mei nec mearum virium est. Sed hæc mihi commemoranda videntur. Constat inter omnes pæne, qui de hac re egerunt, infinitivum dativi vel locativi formam nominis verbalis esse. In literis autem jam ab initio verbalis formæ munere fungitur nec singulorum temporum formæ varia ratione usurpantur. Quomodo illi duo casus in unam verbi formam coaluerint, ac quomodo ex originaria infinitivi vi multiplex ille usus, qui exstat in literis, ortus sit, mea quidem opinione non nisi per conjecturam explicari potest. Constat autem, plurimos infinitivi usus ad vim finalem facile referri posse, quæ a dativi significatione non multum abest. De singulorum usuum origine quid sentiam, singulis locis disputabo.

Pars prior.

De infinitivo sine articulo posito.

I. *Infinitivus absolutus.*

De infinitivo, qui absolutus vocatur, optime disseruit GRÜNENWALD, cui omnino assentiendum puto. Hic infinitivus apud Plotinum raro invenitur. Quod non mirandum est. Nam quum hujus infinitivi vis plerumque restringens sit, scriptori nostro, ut qui sit simplex rectusque nec sæpe similitudinibus utatur, non erat, cur eum infinitivum sæpius poneret. Et apud Aristotelem commemorat EUCKEN[1] hunc infinitivum in scriptis, quæ in philosophia versantur, multo rariorem quam in ceteris esse. Jam ad singula transeamus.

ὡς εἰπεῖν bis invenitur I. 6. 1 (44. 20) et 6. 4 (48. 5), utrumque post adjectivum πᾶς. (Cfr GRÜNENWALD p. 31) ὡς τύπῳ εἰπεῖν semel occurrit VI. 3. 22 (309. 28), ubi ad similitudinem appositum est. (Cfr EUCKEN p. 819.) ὡς εἰκάσαι semel legimus IV. 3. 4 (23. 1). Semel occurrit etiam ὡς δόξαι III. 6. 15 (239. 5). Præter has usitatas locutiones infinitivus absolutus etiam adjectis aliis verbis usurpatur III. 4. 5 (204. 20) ὡς ψυχῆς πέρι εἰπεῖν, IV. 4. 42 (84. 18) ὡς πρὸς αὐτὸ εἶναι. (Cfr GRÜNENWALD p. 36.)

Infinitivum absolutum particula ὡς non adjecta Plotinus numquam posuit.

---

[1] R. EUCKEN über den Gebr. der sog. absoluten Infinitive bei Aristoteles Fleckeisens Jahrb. 1869 p. 817 sqq.

II. *Infinitivus in exclamatione positus.*

Infinitivus in exclamatione positus, quem usum infinitivi cum finali ejus significatione arte cohærere facile intelligitur [1], jam apud solutæ orationis scriptores atticos raro invenitur. Apud Plotinum duo tantum exempla exstant III. 3. 3 (195. 12) ἔστι γὰρ παντὸς κρεῖττον τοῦ γενομένου — καὶ μᾶλλον θαυμάσαι ὅτι ἔδωκέ τι μεθ' αὐτό. VI. 7. 31 (403. 9) μὴ γὰρ ἂν τολμῆσαι ἐκεῖνα οἷά ἐστιν εἰς βόρβορον σωμάτων ἐμβῆναι κτλ.

III. *Infinitivus accuratioris definitionis.*

Infinitivum accuratioris definitionis eum vocamus, qui ad nomina ita accedit, ut notionem eorum velut compleat. Quo usu vis finalis infinitivi elucet. Facile enim fieri potuit, ut ad nomina, qualia sunt δυνατός, ἱκανός cet., quæ significatione sua quasi complemento indigerent, infinitivus poneretur. (Cfr Goodwin p. 763.) Quæ consuetudo postea latius patuit. Quo factum est, ut infinitivus accusativo respiciendi, qui vocatur, nonnumquam similis fieret. Quod mea quidem opinione apparet V. 5. 10 (191. 10) ἀλλ' οὐδὲ πεπερασμένος εἶναι (sc. ὁ νοῦς ἐστι). Nam hoc exemplum huc refero, versionem secutus Muelleri qui vertit: *Sein Wesen ist auch nicht begrenzt.* Infinitivum εἶναι igitur infinitivum respiciendi habeo ac velut substantivum usurpatum. Hoc infinitivo sæpissime utitur Homerus. (Cfr Tudeer p. 98.) Tum hic usus, quod attinet ad substantiva, paulatim decrescit. (Cfr Krah p. 29. Hebold p. 37. Mich. p. 76.) Apud adjectiva etiam postea crebro infinitivus usurpatur.

Quod ad Plotinum attinet, observandum est substantiva, a quibus infinitivus pendet, cum verbo plerumque connexa esse, ut tota locutio verbi vim accipiat. Infinitivum cum articulo conjunctum multo crebrius post substantiva posuit scriptor noster quam nudum infinitivum. (Apud Thu-

---

[1] Cfr Jolly p. 215.

cydidem eodem fere numero sunt). Qui quomodo inter se differant, paucis locis apparet ut IV. 8. 1 (124. 16) Ἐμπεδοκλῆς τε εἰπὼν ἁμαρτανούσαις νόμον εἶναι ταῖς ψυχαῖς πεσεῖν ἐνταῦθα, ubi infinitivus articulo caret, quia verbum νόμος majoris momenti est. Articulo addito infinitivus magis efferretur. Quibus locis infinitivus aliis verbis adjectis definitur, articulus plerumque additur. Sed sæpissime sine ullo discrimine articulum vel posuisse vel non posuisse Plotinus videtur.

Apud adjectiva ἄξιος, ῥᾷστος, similia infinitivus est activi vel medii forma exceptis duobus locis I. 4. 16 (38. 30) ὀνομάζεσθαι ἄξιος. V. 8. 8 (211. 13) ἀγαστὸν ὀφθῆναι.

Cetera exempla hæc sunt:

Substantivis adjunctus: ἀδυναμία IV. 8. 6 (131. 12) ἀνάγκη II. 9. 9. (144. 2) δόξα VI. 4. 7 (323. 9) δύναμις III. 2. 17 (190. 30) 6. 18 (241. 18) IV. 3. 10 (19. 26) 4. 5 (45. 3) V. 8. 10 (214. 25) ἐλπίς IV. 8. 1 (124. 24) ἐξουσία VI. 8. 4. (419. 22) κίνδυνος II. 3. 9 (95. 1) κώλυμα II. 9. 17 (156. 21) ὁδός I. 4. 7. (32. 7) σπουδή I. 2. 6 (18. 9) σχολή V. 3. 17 (177. 5) φύσις VI. 4. 1 (316. 14) χώρα II. 9. 1 (134. 24) ὠδίς IV. 3. 13 (23. 23).

Adjectivis adjunctus: ἄξιος IV. 3. 9 (17. 33) V. 1. 7 (149. 18) ἀδύνατος I. 3. 1 (20. 22) 4. 12 (36. 12) IV. 4. 32 (74. 15) VI. 5. 8 (341. 23) ἀκίνδυνος IV. 3. 17 (26. 28) αὐτάρκης II. 9. 14 (151. 21) αὐτεξούσιος VI. 8. 10 (427. 15) δεινός VI. 7. 31 (403. 13) δίκαιος II. 4. 14 (114. 30) δυνατός I. 4. 2 (26. 14) III. 7. 5 (249. 3) ἐπιτήδειος III. 2. 13 (183. 26) IV. 3. 17 (26. 3) 4. 18 (62. 15) ibid. l. 18. ἕτοιμος VI. 7. 11 (383. 24) ἱκανός III. 5. 2 (209. 28) II. 1. 1 (76. 16) IV. 5. 7 (15. 29) 9. 5 (137. 5) VI. 3. 8 (294. 24) κύριος VI. 8. 1 (416. 32) 8. 4 (419. 20) κράτιστος IV. 3. 29 (38. 27) οἷός τε I. 4. 4 (28. 11) V. 5. 12 (193. 25) VI. 7. 31 (402. 24) ῥᾴδιος IV. 3. 11 (20. 28) τεχνικός II. 9. 14 (150. 25).

IV. *Infinitivus finali sensu usurpatus.*

De infinitivo finali egit Goodwin § 770—775. Plotinus hunc infinitivum posuit apud δίδωμι III. 8. 11 (276. 6) τὸ μὲν οὖν ἐπ' αὐτῷ ἴχνος αὐτοῦ τῷ νῷ ἐνορῶντι ἔδωκεν ἔχειν V. 5. 8 (188. 33) VI. 5. 5 (339. 11) 7. 25 (397. 15) λείπω IV. 4. 44 (85. 17) μόνη λείπεται ἡ θεωρία ἀγοήτευτος εἶναι. καταλείπω I. 6. 4 (47. 22) καταλιπόντας τὴν αἴσθησιν κάτω περιμένειν II. 914 (151. 26) III. 6. 5 (225. 8) ἐγκαταλείπω II. 5. 5 (122. 17) δυνάμει δὲ ἐγκαταλέλειπται εἶναι ἀσθενές τι κτλ. παρέχω VI. 2. 21 (284. 14) παρέχων ἑαυτὸν ὁρᾶσθαι νοητόν. ἀφίημι VI. 6. 1 (348. 25) οὐκ ἀφείθη φυγεῖν 7. 36 (409. 6).

Plotinus sæpe infinitivo εἶναι cum prædicato conjuncto finali sensu utitur, quod præterea apud Homerum et Herodotum maxime usu venit. Apud scriptores autem atticos rarissime invenitur.

In omnibus, quæ nunc attuli, exemplis infinitivus finalis ad verba adjectus est, quibuscum communi linguæ consuetudine conjungi solet et uno vel duobus exemplis exceptis eadem et apud alios scriptores usurpata inveni. (Cfr Mich. p. 79.) Liberiore quodam modo ac consecutivo prope sensu infinitivus ponitur hoc loco: VI. 1. 7 (238. 14) συνεγέννησεν οὖν ἄμφω ἐξ αὐτῶν ἄλλο εἶναι διπλάσιον καὶ ἥμισυ κτλ. Cfr ad hæc Heilmann p. 47. [1]

V. *Infinitivus post* ΠΡΙΝ *particulam positus.*

De πρίν particula cum infinitivo vel finitis modis conjuncta copiosissime disseruit Sturm, cui quum omnino assentiendum putem, non est, cur de initiis hujus infinitivi usus hoc loco amplius disputem.

---

[1] Hic commemorandus est locus, qui est III. 2. 15 (186. 8) εἰ οὖν καὶ τὸ ἀποθανεῖν κτλ. Post verbum παντελής codd. manuscripti habent τότε εἰς ὕστερον πάλιν ἥξοντος ἐπαγονίσασθαι, quæ verba delevit HFM. Mihi maxime placet conjectura Kirchhoffi a Volkmanno recepta, qui scribit οὔποτε pro τότε. Nam verba illa, ut quæ antecedens παντελής explicent, defendi posse videntur.

Apud scriptores atticos infinitivum tum post πρίν usurpari, quum affirmativa sententia præcedit, post negativam autem sententiam tum tantum poni constat, quum id, quod sententia primaria enuntiatum est, particula πρίν cum infinitivo adjecta tempore definitur. (Cfr Sturm p. 149.) Quod infinitivo exprimitur, his locis non factum velut sui juris enuntiatur, sed ad sententiam primariam, quacum arte cohæret, definiendam tantum valet. Plotinus sex modo locis infinitivo post sententiam negativam usus est. Quos locos singulos tractemus.

Minimam difficultatem præbet III. 6. 2 (221. 13) οὐκ ἄλλη ἦν (sc. ἡ ψυχή) πρὶν οὕτω μνημονεύειν καὶ ὕστερον ὅτε μνημονεύει; Apparet enuntiatum negativum re vera affirmativam vim habere ac sententiam hanc esse ψυχὴ ἄλλη ἦν κτλ. Sermonis ornandi causa enuntiatum in negativæ interrogationis formam scriptor convertit. Ad quæ conferas Platonis Phæd. 72 e, quem locum laudat Sturm p. 126. Ejusdem generis sunt, quæ leguntur III. 7. 9 (256. 27) διὰ τί δὲ οὐκ ἔσται (sc. ὁ χρόνος) πρὶν καὶ ψυχὴν τὴν μετροῦσαν εἶναι; et VI. 1. 19 (251. 20) αὐτὸ τὸ ἓν γενόμενον πρὶν καὶ λύπην ποιῆσαι — οὐ πάθος ἐστὶ τοῦ εἰς ὄν, οἷον τὸ ἀκοῦσαι; et his locis sententiam interrogativam in affirmativam mutari posse facile intelligitur.

Transeamus ad IV. 2. 1 (5. 27), οὐσία τέ ἐστι — οὐ πρότερον τοῦτο πασχοῦσα, πρὶν σώμασιν ἑαυτὴν δοῦναι. Verba πρὶν — δοῦναι hoc loco ad πρότερον, quod in primaria sententia est, relata et cum illo arte cohærentia ad ea, quæ antecedunt, tempore definienda tantum valent. Adverbii igitur loco adduntur hæc verba; nec fieri potest, ut πρίν cum infinitivo conjunctione ἕως cum verbo finito, quæ eandem vim habet quam πρίν cum verbo finito, hoc loco mutemus. Locos huic similes invenit Sturm apud Antiphontem 5. 25 (p. 110) apud Platonem (Symp. 189 a p. 127). Eodem modo res se habet II. 4. 5 (107. 4) τὸ δεχόμενον τὸ φῶς πρὶν δέξασθαι φῶς οὐκ ἔχει ἀεί. Nam πρὶν δέξασθαι non ut per se factum effertur, sed adverbii loco ad ἔχει relatum est. Præterea ad hunc locum animadvertamus πρίν et infi-

nitivum ante verbum regens posita esse, quod auctore Goodwino (§ 628), quum post negativam sententiam infinitivus usurpatur, sæpe usu venit.

Ad explicandum difficiliora sunt, quæ leguntur III. 7. 10. (257. 2) τίποτε τοῦτ' ἐστιν, οὐκ ἔστι διδάσκειν οὐδὲ εἰρηκέναι πρὶν εἰπεῖν, τί ἐστιν τὸ παρακολουθοῦν. Nam verba πρὶν εἰπεῖν non adverbii tantum loco cum præcedentibus verbis connexa, sed potius conditionem quandam exprimere videntur. Ob eamque rem conjunctivum addita ἄν particula potius exspectaveris. (Cfr Löfstedt p. 206.) Sed observandum est, id, quod hoc loco infinitivo enuntiatur, non rem vere factam, sed animo tantum fictam esse. Vertendum igitur est: *priusquam dicere possumus* vel similiter. Quæ quum ita sint, infinitivum jure usurpari, docet Kühner p. 961 a. 5 [1].

Quod ad usum temporum infinitivi attinet, infinitivum aoristi sæpissime usitatum invenimus. Eodem modo res se habet et apud Platonem et apud Oratores atticos. Ceteri scriptores classici, qui vocantur, infinitivo præsentis sæpius utuntur. Infinitivus perfecti apud Plotinum ut apud Thucydidem et apud Oratores prorsus deest. Sæpe occurrunt infinitivi formæ εἶναι, γενέσθαι, ἐλθεῖν qua consuetudine similes sunt Plotinus et Plato. Tempora et modi sententiæ primariæ indicativus et infinitivus præsentis sæpissime sunt.

Infinitivus significatione temporum a communi linguæ consuetudine apud Plotinum non abhorret. Aoristi infinitivo id significatur, quod incipit vel ingreditur aut perdurationis vel iterationis nulla ratione habita enuntiatur. Exempla afferam. II. 3. 10 (95. 34) καὶ ψυχῇ μὲν καὶ πρὶν ἐλθεῖν εἰς γένεσιν δοτέον ἥκειν τι κτλ. Infinitivum ἐλθεῖν hoc loco, quod incipit, significare in aperto est. Cui contrarium est ἥκειν eadem l., quod significat statum perdurantem, ut comprobant verba, quæ sequuntur μέγα τι παθητικὸν ἔχουσα, nam et ea verba rem diutius permanentem significant. Cfr III. 7. 11 (257. 28). ὡς πρότερον πρὶν τὸ πρότερον δὴ τοῦτο γεννῆσαι — ἐν τῷ ὄντι ἀνεπαύετο χρόνος οὐκ ὤν ἀλλ' — ἡσυ-

---

[1] In codicibus manuscriptis hic locus corruptus est. Cfr HFM.

χίαν ἦγε, ubi facile apparet, quid sit discriminis inter aoristum infinitivi γεννῆσαι et imperfecti formæ ἀνεπαύετο et ἦγε. At contra III. 8. 1 (263. 22) παίζοντες δὴ τὴν πρώτην πρὶν ἐπιχειρεῖν σπουδάζειν infinitivus præsentis quæstionem longioris cujusdam temporis spatii significat. III. 8. 10 (274. 20) πρὶν ἄλλον ἄλλῃ ῥεῖν verbum ῥεῖν rem iteratam exprimere videtur. Nonnullis locis infinitivus præs. substantivo facile redditur, ut V. 5. 9 (190. 15), ubi verba πρὶν εἶναι recte vertuntur *ante "existentiam"*, quæ vocatur. Sed hæc hactenus.

Verbum correlativum, cui respondet πρίν, his locis, ubi occurrit πρότερον, exstat: III. 7. 8 (257. 28) et IV. 2. 1 (5. 29), quos locos supra laudavi. Præterea III. 5. 2 (210. 9) πρὶν ἐκείνῳ παρασχεῖν κτλ., ubi verbum πρίν cum infinitivo verbo πρότερος, quod postea adjectum est, quasi repetitur, et V. 9. 14 (228. 5). Cfr ad hæc omnia STURM p. 122 et 141. Nullum aliud verbum correlativum ad πρίν posuit Plotinus. At hic commemorandi videntur duo loci; alter III. 8. 1 (263. 22) de quo et antea disserui, alter V. 5. 8 (189. 7) πρὸ ἁπάντων παρῶν πρὶν καὶ τὸν νοῦν ἐλθεῖν ubi ad verba, quæ antecedunt τὴν πρώτην (priore loco) et πρὸ ἁπάντων explicanda πρίν cum infinitivo additur.

Ad particulam πρίν alia particula interdum accedit, quod apud Oratores haud raro, rarissime apud Platonem usu venit. Nec apud Plotinum crebro fit. Legimus III. 8. 11 (275. 19) πρὶν γοῦν. Aliquanto sæpius posuit Plotinus καί; καὶ πρίν occurrit IV. 5. 4 (93. 27). 4. 24 (63. 11). III. 7. 9 (256. 27). VI. 8. 20 (439. 12). Locis qui sequuntur καὶ post πρίν nullo significationis discrimine positum est. III. 7. 9 (256. 28). V. 3. 8 (189. 6). VI. 1. 17 (251. 21). Nam καί particulam his locis ad totam sententiam pertinere apertum est.

III. 6. 10 (231. 13) αὐτὸ τὸ πάθος ἑτέρως διακεῖσθαι ἢ πρὶν εἰσελθεῖν εἰς αὐτήν. De particula πρίν post ἤ particulam sequente, quæ primum apud Xenophontem occurrit, STURM compluribus locis disseruit (ut p. 130). Post adjectiva et adverbia comparativi forma usurpatur; sed adverbium ἑτέ-

ρως quamquam non comparativi formam attamen vim comparativam habere nemo non intelligit.

Pro particula πρίν cum infinitivo conjuncta scriptores attici præpositionem πρό et infinitivum addito articulo nonnullis locis posuerunt. Quod apud Demosthenem, ut qui usum infinitivi cum articulo conjuncti præcipue adamaverit, crebro usu venit, apud Platonem autem rarius est (novem exempla exstant). Plotinus, quo nemo, quoad scimus, sæpius infinitivum cum articulo conjunctum usurpavit, præpositione πρό cum infinitivo undevicies usus est (cfr infra).

Memoratu dignissimum est, quod Plotinus πρὶν ἤ semel posuit VI. 8. 20 (438. 22) οὐ συμβαίνει, εἴποι τις ἄν, πρὶν ἢ γενέσθαι γεγονέναι (sc. τὸν θεόν); πρίν particulam cum vocabulo ἤ conjunctam non nisi apud Homerum et Hesiodum inveniri, docet Sturm p. 147. Cfr quæ de infinitivo finali disserui (p. 11); nam et in illo usurpando vetustam consuetudinem scriptor noster recepisse videtur.

Tum eos locos, ubi verbum finitum post πρίν particulam invenitur breviter attingere mihi liceat. Admodum raro Plotinus hac structura usus est. Conjunctivus adjecta ἄν particula duobus tantum locis invenitur IV. 8. 8 (132. 27) οὐ γὰρ πᾶν ὃ γίνεται περὶ ὅτι οὖν μέρος ψυχῆς, γινώσκωμεν, πρὶν ἂν εἰς ὅλην τὴν ψυχὴν ἥκῃ et V. 9. 3 (219. 23) τά τε γὰρ τεχνητὰ ἔχει χαλκὸν ἢ ξυλὸν ἢ λίθον καὶ παρὰ τούτων οὔπω τετέλεσται πρὶν ἂν ἡ τέχνη ἑκάστη ἡ μὲν ἀνδριάντα — ἐργάσηται. Quorum altero loco conjunctivum præs. post præsens, altero aoristi conj. post perfectum habemus. Nihil hæc habent, quod a communi linguæ consuetudine abhorreat. Sed haud assueto modo conjunctivus sine ἄν particula occurrit VI. 7. 22 (394. 14) ἀργόν τε γὰρ τὸ κάλλος αὐτοῦ πρὶν τοῦ ἀγαθοῦ φῶς λάβῃ. Quæ structura quum apud solutæ orationis scriptores in codicibus manuscriptis rarissime inveniatur, multi editores particulam ἄν eis locis excidisse consentiunt. Cfr Sturm p. 136 et alias. Quod et hic factum esse fortasse credendum est; nam cur ἄν particula omissa sit, non video.

Indicativum post πρίν Plotinus numquam posuit. Cujus rei causas eruere non conabor. Sed fortasse aptum erit commemorasse, ἕως conjunctionem cum indicativo sequente nonullis locis inveniri, in qua eandem, quam habet particula πρίν c. indicativo, vim inesse constat.

πρότερον ἤ eadem fere sententia, quam habet πρίν, semel usurpavit Plotinus II. 9. 10 (146. 11) τούτῳ τῷ λόγῳ ἐντυχόντες πρότερον ἢ ἡμῖν φίλοι γενέσθαι.

Apud Xenophontem et Oratores raro, sæpius apud Platonem πρίν adverbii instar usurpatum asservata vetustiore ejus vocabuli natura invenimus (cfr Sturm p. 140). Cujus rei unum tantum exemplum apud Plotinum annotavi II. 4. 5 (107. 2) πρὶν δὲ ἀόριστον καὶ τὸ ἕτερον (sc. ἦν) καὶ οὔπω ἀγαθόν.

Jam ad exempla enumeranda transeo. Quod faciens ordinem, quem secutus est Sturm, et mihi asservandum puto:

I. Infinitivus post affirmativam sententiam usurpatus.

A. Infinitivus aoristi; in sententia primaria occurrunt:

a) tempora historica:

1) indic. aor. III. 1. 6 (81. 22). III. 3. 7 (200. 19). IV. 3. 18 (27. 18). V. 5. 8 (189. 6).

2) conj. aor. IV. 4. 24 (63. 11).

3) opt. aor. ἄν particula addita II. 8. 4 (84. 1).

4) infinit. aor. VI. 4. 5 (45. 25).

5) ind. imperf. III. 7. 11 (257. 28), 8. 11 (275, 19). IV. 4. 4 (44. 27). V. 3. 5 (161. 9), 5. 12 (193. 20), 8. 1 (203. 7). VI. 7. 16 (389. 10), 8. 20 (439. 4) bis ibid. l. 12.
Idem ἄν particula addita: VI. 7. 40 (413. 4).

6) particip. præs. ab optativo aoristi cum ἄν particula conjuncto pendens I. 8. 2 (57. 31); idem a conj. aor. ἄν particula addita pendens IV. 5. 5 (94. 30).

7) plusquamperfectum VI. 7. 40 (413. 5);

b) tempora primaria:

1) indicat. præs.: I. 1. 9 (9. 22). II. 3. 13 (97. 14) præs. mente additur. III. 1. 5 (166. 27). V. 3. 12 (170. 9).

IV. 3. 18 (26. 31). VI. 1. 7 (237. 22), 4. 1 (316. 20), 6. 13 (361. 5), 7. 6 (377. 17).

2) opt. præs. ἄν particula addita VI. 6. 9 (356: 32), ibid. l. 33, ubi verbum regens mente addendum est.

3) opt. præs. VI. 7. 35 (407. 11).

4) infinit. præs. ab ind. præs. pendens: I. 3. 10 (95. 34); mente additur verb. regens. III. 7. 9 (256. 27), 9. 3 (279. 13), 6. 10 (231. 13). IV. 5. 4 (93. 27), mente additur inf. Vide HFM. V. 9. 14 (228. 7); idem ab optativo præs. cum ἄν particula conjuncto pendens VI. 4. 1 (316. 22), ibid. l. 18; idem a partic. præs. pendens.

5) particip. præs. ad indic. præs. relatum III. 5. 2 (210. 9). VI. 7. 7 (378. 5).

6) particip. aor. ad præs. ind. relatum VI. 7. 31 (403. 14).

B. Infinitivus præsentis; in sententia primaria occurrunt:

a) tempora historica:

1) mente additur imperfectum V. 5. 9 (190. 14).

2) participium perfecti ab imperativo aoristi pendens: III. 8. 9 (274. 20).

b) tempora primaria:

1) ind. præs.: IV. 4. 45 (87. 18). V. 3. 8 (164. 23). VI. 2. 14 (278. 15).

2) particip. præs. ad ind. præs. relatum: V. 5. 3 (183. 26); idem ab optativo præs. ἄν particula adjecta pendens II. 1. 6 (81. 14); idem ad opt. præs. relatum III. 8. 1 (263. 22).

II. Locos, ubi exstat infinitivus post sententiam negativam, sicut eos, ubi verbum finitum occurrit, separatim jam omnes tractavi.

VI. *Infinitivus, qui ὥστε et ὡς particulas sequitur.*

Quod ad infinitivum post ὥστε particulam usurpatum attinet, sententiam sequens, quam in libello sæpius a me

laudato proposuit STURM, structuram illam, cujus originem in literis perspicere possumus, ex infinitivo consecutivo, qui apud Homerum sæpe occurrit, ortam esse credo. A verbo finito igitur, quod antecedit, infinitivus a principio pendebat, non ut ad πρίν, ad particulam ὥστε definiendam accedit. (STURM p. 15.) Tum ὥστε adverbium relativa vi additum est. Quod putat MEIERHEIM (cfr Sturm p. 16), vocabulum ὥστε hoc loco adverbium indefinitum esse, ob eam rem rejiciendum est, quod in carminibus Homeri, ubi initia hujus structuræ perspici possunt, ὥστε vim indefinitam numquam habet. Simili modo refellendus est JOLLY, qui ὥστε præpositionem esse putat. (Jolly p. 221.) Nam præpositionis instar ὥστε numquam occurrit [1].

Quomodo hujus structuræ usus creverit et latius patuerit, explicare meum non est. Cfr de his rebus librum FELLMANNI. De duobus tantum locis, quos ii, qui ὥστε particulam cum infinitivo conjunctam tractaverunt, aut non attigerunt, aut mea quidem sententia perverse explicarunt, breviter disseram. Primum quæritur, quomodo factum sit, ut infinitivus cum antecedente particula ὥστε a verbo finito, quocum eum arte cohærere demonstravimus, magis dis-

---

[1] Quam arte cum verbo regente cohæreat infinitivus, quum e locis, quos apud Herodotum STURM observavit, tum ex hoc apparet, qui mihi hujus structuræ naturam investiganti apud Hesiodum occurrit: Hesiod. Theogon. v. 829 sq.

> Φωναὶ δ' ἐν πάσῃσιν ἔσαν δεινῇς κεφαλῇσιν
> παντοίην ὄπ' ἱεῖσαι ἀθέσφατον· ἄλλοτε μὲν γὰρ
> φθέγγονθ' ὥστε θεοῖσι συνιέμεν.

Quo in loco explicando vetustiores nonnihil laboris frustra consumpserunt. v. LENNEP in editione sua (P. III. p. 349) verbum ἐξεῖναι post θεοῖσι simul audiri contendit. Sed considerantes infinitivum συνιέμεν ad verbum finitum φθέγγοντο referri, facile intelligimus et dativum ab eodem verbo pendere posse. Sententiam igitur latinis verbis hoc fere modo expresseris: canebant vel diis, ut illi id perciperent, i. e. canebant ita, ut vel dii id perciperent. Quod subjectum infinitivi e dativo sumitur, hoc non est mirandum. Nam quibus locis ὥστε deest, sæpe usu venit, ut Hom. Il. I. 42. Cfr et Pind. Ol. 1. 8 οὐδέν κτλ., qui locus Hesiodeo illi ea re tantum dissimilis est, quod in hoc ὥστε non invenitur.

junctum, enuntiatum velut sui juris haberi coeptus sit. Quod factum esse necesse erat, quum accusativum cum infinitivo vel verbum finitum post ὥστε usurpare coeperunt. Causam ejus rei esse credo, quod in sententia primaria adverbium demonstrativum οὕτως ponebatur, quo relativum ὥστε et infinitivus magis efferrentur. Quo factum est, ut hæc vocabula ad οὕτως adverbium, quo verbum regens definiebatur, relata a verbo finito solverentur. Cui sententiæ documento est, quod eodem tempore, quo apparet οὕτως ante ὥστε, et accusativus cum infinitivo post ὥστε invenitur. Utroque Aeschylus primus usus est. Nam neque apud Hesiodum (cfr Paulsson Index vb. ὥστε), neque apud Pindarum (cfr Hallström p. 11) exstant. Eodem fere modo enuntiata, quæ post πρίν particulam sequuntur, se habere docet Sturm p. 20 sq.

Deinde quomodo usum verbi finiti post ὥστε particulam ortum esse credam, paucis verbis exponere conabor. Quem usum apud Sophoclem primum exstare, Goodwin auctor est (§ 585). Jam a principio verbo finito ita usurpato id, quod re vera effectum est, enuntiari constat. Quamobrem verisimile est, verbum finitum pro infinitivo positum esse, quum necesse erat indicare id, quod a subjecto verbi regentis effectum erat, rem vere factam, non cogitatam tantum vel fictam esse.

De quibus rebus quum ita existimem, Fellmanno, quomodo ortæ sint sententiæ consecutivæ a ὥστε vocabulo incipientes, explicanti non possum assentiri. Putat enim illas e sententiis comparativis, quæ paratactice, quod dicitur, conjunctæ essent, ortas esse. Nam quum utraque a particula demonstrativa ὥς inciperet, debilitata in relativum posteriore particula additoque τε vocabulo, pro priore vocabulo ὥς verbum οὕτως accedisse, quod postea nonnumquam excideret. Pro verbo finito posterioris sententiæ infinitivum adverbii ὥστε accuratius definiendi causa positum esse. Cui sententiæ obstat, quod verbum demonstrativum, ut commemoravimus, serius quam ὥστε cum infinitivo consecutivo sensu in litteris apparet. Usus verbi finiti post particulam

ὥστε, si e sententiis comparativis ortus esset, multo prius apparere debuit, quum sententiæ secundariæ comparativæ jam antiquissimis temporibus usurparentur.

Tum commonendum est, usum ὥστε particulæ cum infinitivo sequente, quoad conspici potest e libellis, quos adire mihi licuit, continuo crebrescere videri. Quod ad Homerum attinet, cfr Sturm p. 16. Apud Hesiodum bis, apud Pindarum quater invenitur. Apud Aeschylum bis et quinquagies ὥστε et ὡς cum infinitivo conjunguntur cet.

Eadem ratione usus particulæ ὡς cum infinitivo conjunctæ explicandus est. Quæ particula rarius quam ὥστε invenitur. Verbum finitum post ὡς Aeschylus jam posuit.

Jam vero ad Plotini consuetudinem transeamus. Quod ad tempora infinitivi attinet, præsens sæpissime invenitur. Rarius aoristus, perfectum paucis tantum locis occurrit. Post ὡς particulam perfectum ter occurrit V. 1. 6 (148. 16): ἐξ ἀνάγκης σύνεστιν αὐτῷ (sc. τὸ ἀόριστον), ὥστε τῇ ἑτερότητι μόνον κεχωρίσθαι. V. 8. 9 (212. 20). VI. 7. 12 (329. 26). Communi significatione tempora usurpantur, cujus rei hæc exempla afferam. VI. 9. 9 (453. 31) ὥστε ἐξελθεῖν σπεύδειν ἐντεῦθεν κτλ. infinitivus præsentis σπεύδειν significat studium, quod iteratur ac permanet. Cfr et V. 3. 9 (166. 31) cet. Sæpissime occurrit infinitivi forma εἶναι. At contra aoristi infinitivo effectus enuntiatur, qui aut ingreditur aut tempore non definitur, ut III. 2. 14 (184. 21) οὕτω δὲ εἶναι, ὡς—θαυμάσαι. Cfr III. 2. 7 (178. 5) cet. Infinitivus perfecti effectum significat qui permanet. Cujus rei exempla afferri possunt et perfectum præsens, quod vocant, εἰδέναι, quod occurrit inter alios locos V. 1. 8 (150. 20) et alia, ut V. 1. 6 (148. 15), cfr supra, quæ vertas: *ita, ut separata sit.* Futurum post ὥστε et ὡς particulas Plotinus numquam posuit.

Tempora verbi sententiæ primariæ sæpissime sunt tempora primaria, inter quæ præsens maxime usurpatum est. Futurum rarissime apparet. E temporibus historicis aoristus sæpissime occurrit.

Plurimis locis infinitivus post ὥστε et ὡς ita usurpatur

ut effectum, qui cogitatur vel animo fingitur, exprimat, ubi addere potueris "ut fieri possit", vel quæ ejusmodi generis sunt; ut III. 7. 6 (250. 26) ὥστε λέγεσθαι ἀεὶ ὄν. quæ vertenda sunt: *ita, ut sempiternum appellari possit.* Cfr IV. 8. 1 (124. 24) ὥστε ἐλπίδα ἡμῖν εἶναι i. e. *ut sperare possimus cet.*

Cujus generis exemplis ea proxime accedunt, ubi infinitivus ad sententiam negativam vel conditionalem refertur. Quo fit, ut id, quod infinitivo enuntiatur, aut omnino non aut ita tantum efficiatur, si re vera factum sit, quod exprimit sententia primaria. Cujus generis multa apud Plotinum exstant exempla, ut I. 8. 9 (66. 20) οὐ κρατήσαντος ἐν αὐτῷ τοῦ λόγου, ὥστε κρύψαι τὸ τῆς ὕλης αἶσχος i. e. *mente in eo non regnante, ut (sc. si regnasset) turpitudinem materiæ celare potuerit.* Ejusdem generis sunt, quæ occurrunt VI. 4. 12 (330. 8). Sententia interrogativa negativo sensu usurpata invenitur: I. 4. 7 (31. 22) τί ἂν εἴη τῶν ἀνθροπίνων μέγα ὥστ' ἂν μὴ καταφρονηθῆναι. *Quid humanarum rerum tantum est* i. e. *nihil h. r. tantum est, quod non despiciatur.* Sententia regens conditionem exhibet I. 5. 6 (41. 17) εἰ δέ τις καὶ ἐνταῦθα ἐπίδοσις — ὥστε μᾶλλον εὐδαιμονεῖν κτλ., quæ verba vertit Ficinus: *jam vero si et hic — profectus adveniat, ut — felicitate proficiatur (sc. si profectus advenerit).*

Particulæ ὥστε post comparativi formam et ἤ vocabulum non nisi hoc loco exemplum exstat: IV. 8. 7 (132. 3) ἡ δύναμις ἀσθενεστέρα ἢ ὥστε ἐπιστήμῃ τὸ κακὸν πρὸ πείρας γνῶναι.

Infinitivus, qui ὥστε sequitur, ad totum enuntiatum, quod præcedit, plerumque apud Plotinum refertur. Verborum, quæ in sententia primaria alias exstare solere Kühner docet (p. 1003, β) sqq.), pauca tantum exempla inveni ut IV. 3. 14 (24. 10) δύναμίς ἐστιν αὐτῷ ὥστε καὶ cet. Cfr VI. 8. 7 (422. 30). VI. 9. 4 (446. 8) παρεσκευασμένοις, ὥστε ἐναρμόσαι.

Verba, quæ prædicati munere fungentia ad infinitivum accedunt, accusativo plerumque utuntur, ut II. 2. 1 (85. 12) ὥστε εἶναι μικτὴν κτλ. His tantum locis nominativus apparet: III. 4. 6 (205. 4) οὕτως ἡ ψυχὴ διαθέσεως ἔχει ὡς —

τοιάδε οὖσα — ἔχειν κτλ. IV. 8. 10 (214. 1). VI. 3. 7 (293. 20).

Particula ἄν ad infinitivum, qui ὥστε vel ὡς particulas sequitur, apposita (cfr Goodwin § 592) his locis occurrit, ubi effectus modeste enuntiatur: I. 4. 7 (31. 22) (cfr p. 21). IV. 4. 33 (75. 11) ὥστε τὸν ἔμπειρον τῆς ὀρχήσεως εἰπεῖν ἄν, κτλ. V. 3. 10 (168. 18), 5. 6 (186. 20). VI. 7. 24 (396. 6).

Particula negativa ad hunc infinitivum posita omnibus fere locis μή est. Eorum, qui οὐ particulam exhibent, plurimi ii sunt, ubi ad singula verba particula referatur, ut II. 1. 4 (78. 18) ὥστε δεῖσθαι κἀκεῖνα τῆς λεγομένης οὐ κυρίως τροφῆς, ubi ad verbum κυρίως accedit vocabulum οὐ. Simili ratione οὐ positum est III. 2. 1 (171. 28). VI. 8. 6 (421. 30) cet. Huc referenda sunt quæ occurrunt IV. 5. 8 (99. 3) ὥστε μὴ οὐ προσήκοντα εἶναι, ubi ad προσήκοντα pertinet οὐ. Vertenda sunt: *ut non possint non affinia esse.* Quibus aliis locis οὐ apparet, ὥστε et infinitivus cum sententia primaria minus arte cohærent ut IV. 4. 12 (52. 5) ὥστε οὐδαμῆ τὸ ποιοῦν ἀναγκάζεσθαι κτλ.

Plurimis locis infinitivus ad subjectum sententiæ primariæ ita refertur, ut eodem subjecto quo illa utatur. Semel ad objectum pertinet: VI. 3. 2 (311. 15) ὠθοῦσα τὰ μεταλαβόντα αὐτῆς ὥστε μὴ εὕδειν. Et ad dativum, qui in enuntiato primario exstat, referri potest, ut VI. 7. 2 (372. 31) καὶ τοῖς ἄρα μεταλαμβάνουσιν οὕτω δίδωσιν ὡς τὸ διὰ τί ἔχειν. Nonnullis locis etiam ad certam personam non spectans generali significatu infinitivus positus est; quod, quum infinitivus nulla antecedente particula consecutivo sensu usurpatur, sæpe usu venit (cfr exempla, quæ collegit Kühner p. 586), post ὥστε et ὡς autem particulas rarissime inveniri videtur; qua de re conferas Mich. p. 90. Exempla plotiniana hæc affero: III. 3. 7 (200. 23) ὡς — οἴεσθαι: *ut credendum sit.* 7. 13 (262. 1). IV. 4. 8 (47. 11). VI. 7. 1 (371. 29).

Adverbium demonstrativum in sententia primaria sæ-

pissime occurrit. οὕτως vocabulum creberrime usurpatum est[1].

Jam vero ad exempla, quæ quidem non jam separatim tractavi, enumeranda transeo:

I. Infinitivus ὥστε particulam sequens:

A. Infinitivus præsentis: In sententia primaria occurrunt:

a) tempora primaria:

1) ind. præs. I. 4. 10 (35. 19), 8. 8 (65. 25). II. 2. 1 (85. 23), 3. 12 (96. 22), 4. 12 (113. 9). III. 1. 6 (167. 27), 2. 10 (182. 15), 3. 3 (195. 16), 3. 5 (198. 5), 6. 14 (237. 16), 7. 3 (246. 32). IV. 3. 11 (21. 12), 3. 9 (19. 7), 4. 4 (44. 10), 4. 14 (53. 10). V. 3. 7 (164. 17), 3. 9 (166. 31), 3. 14 (173. 5), 8. 3 (206. 21), 8. 11 (215. 1). VI. 3. 23 (312. 10), 4. 2 (318. 26), 4. 4 (321. 25), 6. 2 (349. 9), 6. 18 (369. 26), 8. 7 (422. 30) cet.

57 exempla exstant.

2) inf. præs. I. 2. 1 (13. 29). II. 1. 7 (83. 14). IV. 4. 26 (65. 23), 4. 29 (69. 17), 9. 2 (135. 3), 4. 33 (74. 30), 8. 2 (126. 33). VI. 2. 8 (271. 25), 4. 3 (319. 6), 7. 7 (378. 25), 8. 14 (432. 20) cet.

30 exempla exstant.

3) participium præs. I. 4. 8 (32. 29). 8. 4 (60. 17). III. 6. 2 (220. 16). IV. 3. 10 (19. 22). VI. 4. 1 (316. 17).

4) opt. præs. VI. 1. 19 (251. 16), 3. 18 (305. 5).

5) opt. præs. ἄν particula addita: II. 9. 17 (156. 25), 9. 15 (152. 21). IV. 7. 12 (116. 24). VI. 3. 5 (290. 20).

Novem exempla exstant.

---

[1] Usum verbi finiti post ὥστε particulam copiosius tractare meum non putavi. Numerus exemplorum hic est: Præs. ind. 35. Præs. opt. ἄν vocabulo addito 23. Fut. ind. 38. Aor. ind. 8; idem cum ἄν particula 3. Aor. opt. sequente ἄν particula 2. Perf. ind. 3. Imperativus præsentis: 2. Sæpissime deest verbum post ὥστε, nonnullis locis etiam post ὡς. Quod verbi εἶναι forma plerumque est; et aliæ tamen verbi formæ simul audiri possunt, ut IV. 3. 9 (18. 19) προϊέναι δὲ εἰ μέλλοι γεννήσει ἑαυτῇ τόπον ὥστε καὶ σῶμα (sc. γεννήσει). Post ὡς particulam verbo finito consecutivo sensu Plotinus bis tantum usus est: III. 3. 7 (199. 29). 6. 10 (231. 24).

6) ind. fut. I. 2. 6 (18. 17). VI. 2. 2 (283. 21), 7. 11 (381. 33).
7) ind. perfecti IV. 3. 22 (31. 2), 8. 1 (124. 23).
8) infinit. perf. I. 4. 8 (33. 11).
9) particip. perf. I. 8. 8 (65. 2). VI. 8. 6 (421. 20).

b) tempora historica:

1) ind. aor. III. 1. 8 (169. 5), 2. 9 (181. 31). V. 5. 5 (186. 2), idem ἄν particula adhibita IV. 4. 28 (68. 8).
2) conj. aor. V. 8. 9 (212. 1).
3) opt. aor. VI. 4. 7 (323. 27).
4) opt. aor. cum ἄν particula II. 7. 1 (128. 20).
5) infinit. aor. I. 2. 5 (17. 29).
6) imperfectum IV. 5. 7 (96. 17). VI. 2. 13 (276. 33).

B. Infinitivus aoristi. In sententia primaria exstant:

a) tempora primaria:

1) ind. præs. IV. 4. 4 (44. 8), 8. 7 (132. 3), 4. 10 (49. 25).
2) inf. præs. VI. 1. 19 (250. 10).
3) part. præs. III. 6. 12 (233. 22). VI. 7. 3 (374. 16).
4) ind. fut. I. 2. 5 (18. 4). IV. 4. 32 (74. 5). VI. 5. 5 (339. 12).

b) tempora historica:

1) ind. aor. III. 1. 8 (169. 11), 2. 7 (178. 5). IV. 3. 28 (38. 1) bis V. 8. 13 (217. 4). VI. 22. (265. 4), ubi ἄν ad verbum regens accedit. 7. 9 (381. 4).
2) conj. aor. IV. 4. 24 (63. 12).
3) opt. aor. VI. 7. 24 (396. 25).
4) opt. aor. cum ἄν particula IV. 3. 37 (37. 11).
5) imperfectum IV. 3. 21 (30. 20). VI. 5. 9 (343. 17).
6) plusquamperfectum VI. 4. 12 (330. 8).

C. Infinitivus perfecti. In sententia primaria occurrunt:

a) tempus primarium: indic. præs. IV. 2. 1 (6. 10). VI. 6. 18 (369. 26), 9. 2 (442. 11).

b) tempus historicum: opt. aor. VI. 7. 35 (407. 17).

II. Infinitivus ὡς particulam sequens:

A. Infinitivus præsentis; in sententia primaria occurrunt:

a) tempora primaria:

1) ind. præs. I. 4. 9 (33. 28), 8. 5 (61. 10). II. 1. 3 (78. 7), 9. 8 (143. 17). III. 3. 4 (196. 11), 4. 6 (205. 4), IV. 3. 2 (10. 17), 4. 32 (73. 28). VI. 5. 9 (342. 23), 6. 14 (363. 11) cet.

36 exempla exstant.

2) opt. præs. cum ἄν particula: VI. 8. 7 (423. 6).

3) opt. præs. I. 2. 5 (18. 2). II. 7. 2 (129. 28). III. 6. 11 (232. 34) ibid. p. 233. 2. 7. 5 (248. 32).

4) infinit. præs. II. 9. 12 (149. 3), 9. 18 (157. 21), 1. 3 (77. 33). III. 2. 17 (190. 33), 6. 13 (235. 21), 9. 2 (278. 14). IV. 4. 25 (64. 12), 5. 4 (93. 28). VI. 3. 11 (297. 5), 3. 9 (295. 4), 9. 8. (451. 26). 5. 8 (341. 1).

5) particip. præs. II. 3. 5 (89. 5), ibid. l. 8. 9. 17 (156. 2).

6) ind. fut. I. 8. 10 (67. 8). IV. 3. 26 (35, 28). 5. 10 (344. 10).

7) ind. perf. II. 9. 8 (142. 16). III. 3. 5 (197. 33). IV. 9. 4 (136. 6), 3. 6 (25. 11).

8) infinit. perf. IV. 7. 14 (114. 32).

b) tempora historica:

1) ind. aor. IV. 3. 17 (26. 23).

2) opt. aor. III. 6. 11 (232. 28).

3) particip. aor. III. 6. 18 (241. 25).

4) imperf. III. 3. 1 (193. 22), 5. 3 (210. 21), idem ἄν particula addita IV. 7. 5 (120. 10).

B. Infinitivus aoristi; in sententia primaria exstant:

a) tempora primaria:

1) ind. præs. II. 7. 8 (142. 11). III. 2. 14 (184. 20),

6. 9 (230. 6), 7. 5 (248. 34). IV. 7. 15 (120. 25). V. 8. 10 (214. 8). VI. 4. 15 (332. 22).

2) inf. præs. IV. 3. 15 (25. 5). VI. 5. 7 (341. 24).

b) tempora historica:

1) Inf. aor. III. 2. 15 (186. 4).

2) participium aoristi II. 3. 13 (98. 12), 9. 17 (155. 14). III. 5. 2 (209. 19). 5. 9 (217. 27).

3) imperfectum III. 5. 3 (210. 22). IV. 3. 9 (19. 14). VI. 4. 15 (332. 20), 7. 1 (371. 29).

C. Infinitivus perfecti: vide supra p. 20.

Nonnullis locis in sententia primaria verbum finitum deest.

VII. *Infinitivus post* οἷος *adjectivum et* οἷον *et* ὅσον *adverbia usurpatus.*

ὅσος et οἷος adjectiva et adverbia de iis ficta eadem ratione qua alia adjectiva cum infinitivo a principio conjuncta esse, verisimillimum puto. Apud Homerum enim non modo ad verba relativa, verum etiam ad demonstrativa ut τοιόσδε cet. infinitivum adjici, notissimum est. Inter infinitivum, qui post ὥστε, ὡς particulas ponitur, et eum, de quo nunc agitur, id igitur interest, quod priore loco ad verbum regens ab origine spectabat, hoc autem loco ad adjectivum vel adverbium refertur. Sed quum hi infinitivi ejusdem significationis sint, eodem fere modo usurpantur. Quo fit, ut infinitivus οἷος cet. vocabula sequens occurrat:

a) post sententias negativas: III. 2. 2 (172. 4) οὐ γὰρ ἦν τοιοῦτον ἐκεῖνο οἷον ἔσχατον εἶναι τῶν ὄντων. Eadem ratione infinitivus positus est V. 3. 12 (171. 19) οὐδὲ γὰρ ἀποτέτμηται τὸ ἀπ' αὐτοῦ οὐδ' αὖ ταὐτὸν αὐτῷ οὐδὲ τοιοῦτον οἷον μὴ οὐσία εἶναι οὐδ' αὖ οἷον τυφλὸν εἶναι et V. 5. 9 (342. 23) τοιοῦτον οἷον μεμετρῆσθαι ὅσον. 6. 14 (362. 20).

b) post sententias conditionales: IV. 5. 1 (89. 20) κἂν τὸ μεταξὺ τοιοῦτον ᾖ, οἷον καὶ αὐτὸ παθεῖν τι. Eodem modo 5. 2 (89. 22), 5. 6 (95. 24). V. 3. 5 (160. 23). VI. 6. 10 (358. 10). IV. 4. 2 (43. 5).

c) et aliis locis apparet, infinitivum ob eam rem positum esse, quod de re cogitata agitur [1]; ut V. 3. 8 (165. 32) τοιοῦτόν ἐστιν οἷον — ἀντιλαμβάνεσθαι αὐτοῦ, ἡμᾶς δὲ δι' αὐτοῦ· quæ vertas: *ejusmodi est, ut — ipsum se percipere possit, nos autem eo percipere possimus.* Ejusdem generis sunt III. 6. 9 (230. 1), ibid. l. 3. VI. 2. 7 (270. 11). 9. 2 (443. 17) cet. 29 exempla exstant.

Post οἷος adjectivum et οἷον et ὅσον adverbia infinitivus invenitur. Ὅσος adjectivum Plotinus numquam cum infinitivo conjunxit. Verbum demonstrativum in sententia primaria positum, quod ad hæc quoque vocabula posterius accedit (apud Homerum numquam invenitur), apud atticos autem raro deest, omnibus locis tribus exceptis exstat. Deest III. 6. 11 (233. 3) οὐχ οὕτως ἡ μετάληψις ὡς οἷόν τι παθούσης ἀλλ' ἕτερος τρόπος οἷον δοκεῖν. Verbo ἕτερος demonstrativum, quod deest, hoc loco quasi repletur. Ceteri loci sunt VI. 6. 14 (363. 17) οὐδενὸς ὄντος ἐν αὐτῷ τῷ ὑποκειμένῳ οἵου διαθεῖναι ἡμᾶς et IV. 3. 14 (25. 14) οἷον — τὸν ὑποπεσόντα ἀποθανεῖν.

Tempora præsens et aoristus plerumque sunt. Perfectum tribus tantum locis exstat.

V. 3. 12 (171. 20) prædicatum nominativo utitur. Ceteris locis neutrum est.

Hic commemorandum putavi ὅσον adverbium cum infinitivo conjunctum apud Plotinum non modo consecutivo sensu usurpari, verum etiam vim restringentem semel habere. II. 1. 7 (83. 16) καὶ τὸ λαμπρὸν μὴ ἔχειν (sc. ταύτην τὴν φλόγα) ὅσον εἰς τὴν ξέσιν ἀλλ' ᾖ ὅσον παρὰ τοῦ φωτὸς τοῦ

---

[1] Nam id re vera causam esse, cur post negativas et conditionales sententias infinitivum usurpentur, antea de ὥστε disputantes demonstravimus.

ἄνω ἐναυγάζεσθαι, quæ verba vertit HFM.: *ihr Leuchten schreitet nicht fort bis zum Glühen, sondern nur soweit als sie von dem obern Lichte erleuchtet wird.*

VIII. *Infinitivus subjecti vice fungens.*

De hoc infinitivi usu copiose disseruit Tudeer (p. 9). Qui eam consuetudinem ita ortam esse putat, ut quum infinitivus accuratioris definitionis causa cum adjectivis conjunctus esset, ut apud Homerum A. 589 ἀργαλέος γὰρ Ὀλύμπιος ἀντιφέρεσθαι, quemadmodum in ejus generis exemplis, infinitivus etiam in enuntiatis poneretur, qualia sunt Ψ 791. ἀργαλέον δέ ποσσὶν ἐριδήσασθαι Ἀχαίοις. Quæ sententia, quam et aliis placuisse video, mihi quoque verisimilis videtur; tamen quum difficillimum sit explicare, quomodo sermonis hic usus, qui jam in vetustissimis literarum monumentis ad certam consuetudinem pervenit, ortus sit, pro certo nihil affirmandum habeo.

In hoc usu, qualis apud Plotinum apparet, tractando scriptorem nostrum cum aliis conferre conatus sum. Qua comparatione quum non multum profectum sit, quod hoc loco afferre possum, pæne nihil nisi exemplorum collectio est. Quæ etiamsi cui parvi momenti esse videatur, tamen ad copiam verborum auctoris nostri cognoscendam aliquid valet; quamobrem et ego quum infinitivi usum ejus ab omni parte tractare decreverim, et de hoc loco agendum putavi.

Solum infinitivum ab accusativo cum infinitivo conjuncto adhuc in commentatione mea non separavi. Sed infinitivum, qui subjecti et objecti vices sustinet, tractaturus duas illas structuras distinguere aptum putavi. Quum enim accusativus cum infinitivo ita sæpissime usurpetur, ut vel subjecti vel objecti vice fungatur, scire interest, ad quæ verba et quemadmodum structura illa Plotinus usus sit.

Jam ad singula transeamus.

A. Infinitivus ad impersonalia subjecti vice fungens.

ἀρκεῖ III. 5. 1 (207. 29). ἀλλὰ γὰρ τοῖς μὲν τῇδε γεννᾶν κινουμένοις ἀρκεῖ τὸ τῇδε καλὸν ἔχειν. V. 3. 17 (177. 4), 5. 12 (192. 30).

ἁρμόττει VI. 3. 21 (309. 19) τὴν μεταβολὴν μᾶλλον ἁρμόττειν ἐν εἴδει τίθεσθαι.

ἀνάγκη ἔχει IV. 8. 7 (131. 23) ἀ. γε μὴν ἔχει καὶ τοῦ αἰσθητοῦ μεταλαμβάνειν.

γίνεται V. 9. 14 (228. 7) ἵνα καὶ γένηται αὐτοψυχὴν ἐκείνην λέγειν II. 9. 17 (156. 25). IV. 4. 4 (44. 1). 4. 8 (47. 19). VI. 7. 26 (398. 8).

δεῖ II. 3. 13 (96. 31) δεῖ τοίνυν — διαλαβεῖν καὶ διακρίναι καὶ εἰπεῖν κτλ. 9. 10 (146, 26). III. 5, 7 (215. 31) cet. Hujus verbi cum infinitivo conjuncti 316 exstant exempla. Cujus tam frequentis usus hæc causa esse videtur, quod enuntiata, qualia sunt δεῖ νομίζειν, δεῖ ζητεῖν cet., apud Plotinum sæpe occurrunt, quibus utendi occasio rebus ab auctore nostro tractatis sæpe datur. Præterea aptum fortasse est afferre, verbum δεῖ, quo vix ullum impersonale prosæ scriptores crebrius usurparunt, neque ab Homero neque a Pindaro cum infinitivo solo conjungi. (Apud Homerum cum acc. c. inf. semel conjungitur. Cfr Curtius Studien IV. p. 49. Hallström p. 1).

δοκεῖ II. 1. 6 (80. 14) ἀκολουθεῖν ἔδοξε.

ἐνδέχεται I. 4 (24. 12) εὐπαθεῖν ἐνδέχοιτο ἄν. VI. 8. 1 (440. 22).

ἔνι III. 1. 5 (165. 26) πῶς ἔνι — λέγειν 3. 6 (199. 27), 2. 1 (170. 21). IV. 4. 7 (46. 12).

ἔστιν I. 4. 1 (24. 8) ἔ. αὐτοῖς διεξάγειν, ibid. (23. 5), 4. 7 (32. 7). II. 1. 4 (18. 22). III. 2. 14 (184. 26) cet. 109 exempla exstant. Sæpe ἔστι νοεῖν, ἔ. εἰπεῖν, λαβεῖν similesque locutiones occurrunt.

ἔξεστι II. 7. 1 (128. 22) ἐπὶ γὰρ τῶν ἀδήλων ἔ. λέγειν 9. 8 (143. 17). IV. 3. 9 (18. 16). IV. 6. 17 (367. 18) Decem exempla exstant.

ἔπεισι II. 9. 17 (155. 6) μισεῖν αὐτοῖς ἐπῄει.

ἐπέρχεται III. 2. 1 (170. 19) τοῖς μὲν ἐπῆλθε — εἰπεῖν.

ἕπεται VI. 3. 25 (313. 13) ἕ. — συγκριθῆναι.

ἐπιβάλλει VI. 7. 37 (410. 8) μηδὲν ἐπιβάλλει αὐτῷ ποιεῖν.

εὐτύχεται VI. 9. 11 (454. 30) ὅτῳ μὴ ἰδεῖν εὐτύχηται.

καλῶς ἔχει III. 2. 6 (177. 5) πῶς γὰρ καλῶς (sc. ἔχει) νέμειν οὕτως.

μάτην ἐστί IV. 4. 24 (64. 7) μ. ἂν ἦν αὐτὸν ὁρᾶν.

μέλει IV. 7. 8 (113. 11) νεῖμαι τί ἂν αὐτῷ μέλοι.

ὀρθῶς ἔχει I. 5. 4 (40. 18) τοῦτο οὐκ ἂν ὀ. ἔ. ἀριθμεῖν εἰς τὸ εὐδαιμονεῖν. II. 9. 9. (144. 4). III. 2. 6 (177. 20). Octo exempla exstant.

πάρεστι VI. 4. 3 (319. 10) ᾧ πάρεστι παρεῖναι.

πρέπει VI. 8. 1 (416. 1) πρέποι ἂν ζητεῖν. II. 9. 14 (152. 3). III. 2. 13 (184. 15), 7. 5 (251. 9).

παρὰ φύσιν ἐστί II. 1. 6 (82. 1) ἐρεῖ γῆν δὲ εἰς τὸν οὐρανὸν αἴρειν παρὰ φύσιν εἶναι.

παρακολουθεῖ I. 6. 3 (47. 14) π. μετρεῖσθαι.

πρόκειται V. 9. 3 (219. 21) εἰπεῖν π.

προσήκει I. 1. 1. (3. 12) ἄρχεσθαι π. 4. 2 (26. 12). V. 3. 1 (157. 9) σκέψασθαι π. VI. 8. 14 (432. 15) cet. Quinque et viginti exempla exstant.

πέφυκε IV. 8. 2 (125. 18) σώματι κοινωνεῖν πέφυκε.

συμβαίνει I. 2. 1 (13. 18) ἑκατέρως σ. ἀρετὰς ἔχειν 5. 5 (40. 29). III. 2. 1 (170. 18). IV. 8. 4 (128. 27) cet. Decies occurrit.

ὑπάρχει I. 6. 7 (51. 17) τῷ δὲ ἰδόντι ὑπάρχει ἐπὶ καλῷ ἄγασθαι. III. 7. 6 (251. 5), 8. 4 (266. 18) cet. Undecies invenitur.

χρή I. 4. 5 (29. 33) χ. τὸ γενόμενον τὸ ὅλον ζητεῖν. 4. 7 (32. 7) cet. 70 exempla exstant.

B. Infinitivus subjecti loco ad verba passiva positus.

δέδοται IV. 5. 2 (101. 4) οὗ κρατεῖν δ. 3. 13 (23. 18).

λέγεται III. 2. 15 (185. 24) οὕτω λέγεται καλῶς ἔχειν. I. 2. 4 (17. 2). VI. 5. 2 (337. 2).

λείπεται VI. 5. 3 (337. 19) λ. τοίνυν λέγειν 4. 8 (324. 27), 6. 9 (335. 24). V. 3. 7 (163. 30).

ὀφείλεται III. 7. 4 (248. 20) αὐτοῖς οἷον ὀφείλεται ζῆν.

φαίνεται III. 11. 1 (162. 5) τὸ φανῆναι ἑκάστῳ ταδὶ ποιεῖν.

C. Infinitivus ad substantiva subjecti loco positus.

αἰτία III. 1. 1 (162. 9) τοῦ πλουτῆσαι — τέχνης χρηματίσασθαι sc. αἰτία ἐστιν.

ἀνάγκη I. 8. 15 (71. 4) ἀ. αὐτῷ καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀναιρεῖν. III. 3. 4 (196. 12), 7. 9 (255. 30) cet. 13 exempla inveniuntur.

βούλημα III. 6. 1 (219. 8) τὸ (sc. ἐστὶν) μὴ ὑποβαλεῖν τροπαῖς — τὴν ψυχήν κτλ.

ἔθος V. 9. 2 (221. 13) ἔ. δὲ ἡμῖν χωρίζειν.

ἔργον IV. 4. 30 (71. 5) ὃ φιλοσοφίας ἔ. ἐπισκέψασθαι. 8. 3 (127. 27).

θέμις III. 6. 13 (236. 13) ᾧ μηδαμῶς θ. ἀληθείας μετέχειν IV. 7. 16 (161. 20).

κάματος IV. 8. 1 (124. 12) κ. ἐστι μοχθεῖν. Heraclitum hoc loco laudat.

σχολή II. 9. 9 (145. 21) οὐ σχ. αἰτῷ πρὸς αὐτὸν βλέπειν (οὐδὲ θέμις).

φύσις V. 5. 13 (194. 15) φύσις ἀγαθοῦ (sc. ἐστι) οὐ πάντα εἶναι.

Huc referre liceat eos locos, ubi infinitivus subjecti vice ad τὸ αὐτὸ fungitur, quod his locis occurrit: III. 6. 12 (234. 24) οὐ γὰρ τὸ αὐτὸ πῦρ γίνεσθαι καὶ πυροῦσθαι. V. 9. 5 (221. 34). VI. 1. 8 (150. 28). 1. 21 (253. 19).

D. Infinitivus subjecti loco ad neutra adjectivorum usurpatus.

Copulam ἐστί ad adjectiva sæpe a scriptoribus omitti, nemo est, quin sciat. (Cfr Kühner p. 36); quod apud Plotinum semper fere fit. Quamobrem eos locos, ubi exstat copula, separatim notavi.

Infinitivus in scriptis Plotinianis sæpissime ad ea adjectiva subjecti loco accedit, quæ vel necessitatem quandam vel quod fieri potest, vel quæ his notionibus contraria sunt, significant. Idem ad neutra adjectivorum verbalium in τέος cadentium sæpe occurrit. Exempla hæc sunt:

ἄμεινον IV. 8. 7 (131. 22) ἄ. ψυχῇ ἐν τῷ νοητῷ εἶναι.

ἀληθές I. 1. 2 (3. 23) οὕτω γὰρ καὶ τὸ ἀθάνατον ἀ. λέγειν.

ἄλογον II. 9. 1 (13. 15) ἀ. — ὁμοιοῦσθαι.

ἀμήχανον IV. 8. 7 (132. 18) α. ἦν μὴ καὶ τούτων ἐφάπτεσθαι.

ἀναγκαίον I. 8. 1 (57. 11) ἀ. περὶ ἀγαθοῦ διιδεῖν κτλ. II. 9. 3 (136. 18), ubi εἶναι cop. exstat ut etiam IV. 4. 8 (47. 1). Copula ἦ invenitur IV. 8. 5 (129. 28) εἴη ἄν VI. 3. 1 (286. 10). Exemplorum numerus duodecim.

ἄτοπον I. 1. 4 (6. 6) ἀ. φησι τὴν ψυχὴν ὑφαίνειν λέγειν. 5. 7 (41. 29). II. 6. 1 (124. 10). IV. 4. 28 (68. 19) cet. Duodeviginti exempla exstant. Infinitivus verborum dicendi putandi ut λέγειν, τίθεσθαι cum hoc adjectivo sæpe conjunctus invenitur.

ἀδύνατον VI. 6. 13 (362. 4) λέγειν — α. 8. 10 (427. 18). Copula εἶναι exstat VI. 3. 22 (310. 12).

ἄδικον III. 2. 4 (175. 29) οὐκ ἀδ. — πάσχειν.

ἄλλο ἄ. μὲν ψυχῇ ἄ. δὲ χυχῇ εἶναι.

ἀξιούμενον VI. 5. 4 (338. 7) ἔστιν ἀξιούμενον — λέγειν.

ἄξιον III. 2. 4 (175. 22) ζητεῖν ἴσως οὐκ ἄ. I. 8. 14 (69. 17). III. 5. 1 (206. 27). Sex exempla.

ἀκόλουθον III. 7. 10 (257. 16) εἴη ἂν ἀ. εἰπεῖν κτλ. Eadem copula exstat VI. 2. 1 (263. 1). Cetera exempla: IV. 4. 1 (41. 23), 4. 20 (58. 14), 5. 2 (90. 9).

βέλτιον I. 1. 6 (7. 13) ἀλλ' ἴσως β. εἰπεῖν καθ' ὅλου. κτλ. II. 5. 1 (218. 26). Quindecim exempla sunt, quorum in uno copula exstat III. 7. 6 (250. 19) ἦν. De hoc adjectivo idem quod de adjectivo ἄτοπον valet.

γελοῖον II. 3. 3 (89. 30) γ. γὰρ — ἄλλον καὶ ἄλλον γίνεσθαι. 9. 1 (134. 18). Decem exempla exstant, quæ in

ineuntibus sententiis, particulis δέ, γάρ additis, maxime inveniuntur.

δεινόν III. 2. 5 (176. 5) θεῖον βίον μὴ ἔχειν τί δ.

δυνατόν I. 1. 9 (9. 25) δυνατὸν γὰρ καὶ ἔχειν κτλ. 6. 6 (51. 2). II. 3. 6 (92. 24). Decem exempla, quorum hæc copulam habent. IV. 3. 9 (18. 30) ἦν; idem V. 8. 7 (209. 33). ἔστι occurrit VI. 1. 26 (258. 4).

δύσκολον IV. 4. 22 (60. 16) ἐξευρεῖν δ.

ἐατέον II. 9. 10 (146. 22) ἐκείνως μὲν οὖν ἐ. ἐξετάζειν.

εὔλογον I. 4. 6 (31. 4) εὔλογον φάσκειν. II. 1. 6 (81. 16). IV. 4. 24 (76. 12). 4. 44 (86. 6).

εὐλαβητέον III. 6. 1 (219. 25) ἐ. αὐτῇ πάθη διδόναι τοιαῦτα.

ἕτερον III. 7. 9 (255. 33) ἕ. γὰρ εἰπεῖν χρόνον, ἕ. δὲ τοσήνδε χρόνον.

θεμιτόν II. 9. 18 (157. 17) φαυλοὺς μὲν οὖν ὄντας οὐ θ. — συνάπτειν. III. 2. 9 (181. 6). VI. 8. 11 (428. 5), ubi εἶναι cop. exstat.

θαυμαστόν VI. 9. 3 (443. 25) ἢ οὐδέν θ. εἰπεῖν.

καλόν VI. 7. 32 (403. 21) κ. μὲν ὧδὶ μένειν. IV. 8. 2 (126. 8), cop. ὄν exstat.

λεκτέον IV. 4. 2 (43. 10) λ. — ὡσαύτως ἔχειν.

λοιπόν II. 9. 1 (133. 26) λ. δὲ ἐπισκέψασθαι III. 7. 6 (168. 3) cet.; quater exstat.

οἷον IV. 8. 7 (131. 33) οἷον ἄρα ἐστὶν ἐκεῖ εἶναι. VI. 9. 9 (453. 19); copula exstat.

οἷόν τε I. 4. 16 (39. 12) ἕως οἷόν τε χρῆσθαι. IV. 3. 9 (18. 16). 7. 8 (112. 6). V. 3. 1 (157. 2) cet. Viginti duo exempla sunt, quorum hæc copulam præbent: ἦν III. 3. 21 (194. 11). V. 1. 10 (152. 10). I. 8. 9 (67. 1). ᾖ II. 8. 2 (132. 24). IV. 4. 25 (64. 13).

ὅσιον III. 2. 7 (179. 3) οὔτε ὁ. — καταμέμφεσθαι.

πειρατέον IV. 4. 30 (71. 1) π. δεικνύναι. 4. 31 (72. 13). I. 3. 1 (20. 18).

περιττόν II. 4. 7 (108. 22) διατρίβειν π.

πιθανόν III. 7. 9 (255. 16) ὑποθέσθαι πιθανώτερόν ἐστι τὴν ὁμαλὴν κίνησιν.

προηγούμενον IV. 4. 8 (47. 14) π. γένοιτο — τεμεῖν. ibid. l. 18.

ῥάδιον II. 7. 1 (128. 3) ἐπινοῆσαι οὐ ῥ. III. 1. 1 (162. 2). Septies occurrit. εἶναι cop. invenitur VI. 9. 2 (443. 25).

σύνηθες III. 5. 6 (213. 16) ὥσπερ σ. λέγειν.

τολμητέον VI. 8. 1 (416. 6) τ. — ζητεῖν.

φοβητέον VI. 8. 20 (438. 30) οὐδὲ φ. τίθεσθαι.

χαλεπόν IV. 5. 4 (93. 31) χ. ἀπευθῦναι. V. 8. 7 (210. 11).

Difficultatem præbent, quæ leguntur II. 9. 1 (134. 7) οὐδ' ἐπινοεῖν τὸν μὲν τινα νοῦν ἐν ἡσυχίᾳ τινί, κτλ.; nam quo e verbo pendeat infinitivus ἐπινοεῖν, non satis apparet. Sed ea, quæ antecedunt, ἀλλ' οὐδ' ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα· considerantes, facile intelligimus ibi verba φύσεις πλείους ποιεῖσθαι προσήκει (vel δυνατόν) suppleri. Quamobrem et infinitivum a verbo impersonale προσῆκει vel a neutro adjectivi δυνατόν pendere, quod ex antecedente γελοῖον γάρ l. 5 suppleatur, verisimillimum mihi videtur. Nam locutione γελοῖον γάρ hoc loco tale quidquam re vera significari, in aperto est. Nisi forte οὐδ ἕνι νοεῖν scriptura correcta legendum est. Nam cur auctor hic scripserit ἐπινοεῖν, quod verbum *deliberare, in animo volvere* plerumque significat, haud facile intelligitur.

Hoc loco afferrendum videtur, infinitivum uno loco ad dativum substantivi nullo verbo finito exscripto accedere, ubi verbum ἐστίν, προσήκει, vel simile mente addendum est. II. 1. 8 (84. 9) ἢ γὰρ μένειν ἢ περιφέρεσθαι κατὰ φύσιν αὐτοῖς.

D. Infinitivus subjecti loco ad verbum ἐστί cum genetivo substantivi positus.

Hic infinitivi usus apud scriptores classicos, qui vocantur, raro invenitur. Mich. apud Thucydidem quidem unum tantum exemplum laudat. Cfr Kühner p. 316. Plotinus haud raro hac sermonis ratione usus est, nam duodecim exempla exstant. Quorum hæc affero: II. 1. 4 (79. 1) μὴ παντὸς δὲ δεσμοῦ οἴεσθαι κρείττονα εἶναι — ἀνθρώπων ἀπείρων ἐστὶν κτλ. IV. 3. 6 (14. 27). Sex locis ἐστί copula de-

est, ut III. 1. 2 (162. 15) πρὸς τὸ ἄνω μὴ ἐθελῆσαι χωρεῖν ῥαθύμου ἴσως καὶ οὐ κατακούοντος κτλ.

Copula πέφυκε semel invenitur: IV. 3. 8 (17. 12) πέφυκεν αὐτῆς εἰς τὰ σώματα φθάνειν.

IX. *Infinitivus appositionis vice fungens.*

De infinitivo, qui appositionis instar ad verbum aliquod accedit, vide Kühner p. 575. Plotinus infinitivum præsertim ad pronomen τοῦτο adjecit, quod his locis usu venit II. 1. 1 (75. 7) τῆς βουλήσεως τοῦτο δυναμένης — ἐπιτιθέναι: τὸ εἶδος τὸ αὐτὸ ἄλλοτε ἄλλῳ. IV. 3. 10 (20. 16). 1. 3 (8. 15). V. 3. 17 (177. 13).

Cetera exempla hæc sunt: I. 6. 7 (51. 34) ἀγὼν μέγιστος — ψυχαῖς πρόκειται — μὴ ἀμοίρους γενέσθαι τῆς ἀρίστης θέας. 8. 6 (62. 15) ad τὸ λεγόμενον. IV. 8. 5 (130. 3) ad τὸ ἔλαττον. VI. 7. 41 (414. 19) ad ἔργον. 1. 19 (251. 2) ad τὸ μὲν — τὸ δέ. 9. 1 (442. 5) ad δυνάμεις.

Accusativus cum infinitivo appositionis vices suscepit his locis: IV. 6. 1 (99. 20) ad ἄμφω III. 6. 10 (231. 29) ad θάτερον. III. 2. 5 (176. 24) ad τοῦτο; idem IV. 4. 19 (57. 14). IV. 7. 5 (109. 6) ad ὅπερ; VI. 6. 1 (348. 19) ad μαρτύριον. Ad adverbium οὕτως accedit VI. 3. 3 (288. 5).

Huc refero etiam exempla, ubi vocabulum οἷον infinitivum antecedit, ut VI. 1. 19 (251. 15) ἄλγημα ἢ ἄλλο οἷον μαραίνεσθαι. Cfr VI. 3. 3 (288. 23). II. 6. 2 (125. 25).

Infinitivo ad casum obliquum appositionis loco apposito, cujus pauca exempla apud scriptores classicos, qui vocantur, exstant (cfr Mich. p. 72), Plotinus numquam usus est.

X. *Infinitivus prædicati vice fungens.*

Infinitivum prædicati loco scriptores solutæ orationis attici præter Platonem rarissime usurparunt. Cujus rei cau-

sam KÜHNER aperuit, qui eum infinitivum tum tantum usurpari docet, quum de notione definienda agatur (KÜHNER p. 575. b). Inter poëtas Sophocles solus duobus locis infinitivum prædicati loco posuit (KRAH. p. 53). Quam legem constituit KÜHNER, ea etiam apud Plotinum valet. Copula ἐστί sæpissime est. Exempla jam afferamus. I. 1. 3 (5. 2) τοῦτο γάρ ἐστιν οἷον — ἄλλο παθεῖν 2. 5 (17. 8) τοῦτο δέ ἐστι μάλιστα ζητεῖν θυμὸν πῶς καθαίρει κτλ. 8. 13 (69. 5). Nonnullis locis copula mente addenda est, ut II. 1. 7 (83. 2) τοῦτο δὲ ἀπ' ἐκείνου τοῦ φωτὸς παρέχεσθαι (sc. ἐστίν). Cfr III. 7. 6 (250. 6). Ad verbum λέγεται prædicati vice accedit infinitivus V. 3. 13 (172. 25) τὸ γὰρ εἶναι τοῦτο ὅπερ ὄντως εἶναι — λέγεται. Cfr III. 5. 3 (210. 30). Accusativus cum infinitivo prædicati vice fungitur I. 6. 6 (50. 11) ὁ δέ ἐστι χωρὶς εἶναι τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος. Idem occurrit III. 6. 13 (235. 21). VI. 4. 16 (334. 2). 7. 14 (387. 10). Exemplorum numerus novem et triginta est.

Prædicati ad objectum spectantis loco infinitivum quater usurpatum inveni. Hic usus apud atticos rarissimus esse videtur. (Cfr KÜHNER p. 575, ubi unum tantum exemplum affertur.) Loci Plotiniani hi sunt: V. 5. 12 (192. 9) μὴ τὸ νοεῖν ἀκούειν νομίζειν ἢ ὁρᾶν. 6. 3 (196. 30) I. 5. 2 (39. 24). VI. 1. 18 (249. 28).

XI. *Infinitivus a verbis pendens.*

Infinitivum, qui a verbis pendet, ex analogia infinitivi finalis vel respiciendi ortum esse, nemo negaverit. Quum enim verba illa certiore et magis definita significatione olim usurparentur, facile ad ea infinitivus accedere potuit. Tum etiam postea, quum originaria eorum verborum significatio obliterata esset, infinitivus cum eis conjungebatur, qui usus ad alia verba dilatatus est. Evanuit igitur finalis vis infinitivi, ut objecti naturam ille indueret. De hac re cfr inter alios TUDEER p. 64.

In hoc loco tractando infinitivos singulorum temporum separatim attuli. Quamquam in usu temporum infinitivi non a communi linguæ consuetudine discessisse scriptor noster videtur.

A. Verba voluntatis, cupiendi, consilii capiendi, studendi, sim.:

αἱρέομαι. Præs. III. 7. 11 (258. 1) φύσεως — τὸ πλέον τοῦ παρόντος ζητεῖν ἑλομένης VI. 7. 29 (401. 7). 8. 13 (430. 17). Aor. II. 9. 5 (138. 2).

ἀξιόω. De hoc verbo conferas, quæ disseruit BUTTMANN, cujus verba afferuntur CURTIUS Studien IV. p. 22. Omnes locos, ubi exstat ἀξιόω cum infinitivo, hic affero. Distinguendæ igitur singulæ significationes sunt.

a) dignum putare, velle (nam hæ duæ significationes mea quidem sententia distingui non possunt). Præs. II. 9. 18 (157. 15) ἢ ἀδελφοὺς μὲν καὶ τοὺς φαυλοτάτους ἀξιοῦσι προσεννέπειν. I. 8. 11 (67. 27). III. 2. 14 (184. 27). 6. 5 (224. 31) cet.; tredecim exempla exstant.

b) postulare: Præs. III. 1. 2 (162. 21) καὶ τρόποι δὴ καὶ ἤθη διάφορα ἐπὶ τὰ πόρρω ἀξιοῦσιν ἰέναι.

c) putare VI. 7. 25 (397. 3) ἠξίου τὸ ἀγαθὸν δεῖν ἐξ ἀνάγκης χαρτὸν εἶναι.

ἀρέσκομαι I. 6. 8 (52. 29) μεῖναι οὐκ ἀρεσθείς.

ἀσπάζομαι VI. 7. 15 (387. 14) οὐκ ἐν τάυτῃ εἶναι ἀσπάζεται.

ἀγαπάω VI. 4. 2 (318. 22) ἠγάπησεν τόπον ἔχειν.

βούλομαι I. 2. 1 (12. 20) βούλεται δὲ ἡ ψυχὴ φεύγειν τὰ κακὰ 2. 5 (17. 28). 4. 7 (31. 13). II. 5. 3 (120. 32) cet. Duo et quinquaginta exempla exstant, quorum duodetriginta infinitivum præsentis, cetera inf. aoristi exhibent.

ἐθέλω I. 4. 2 (27. 1) μένειν ἐθέλουσιν. 8. 7 (64. 19). 8. 14 (70. 15) cet. Sex et sexaginta inf. præs., viginti aor. inf. exstant.

ἐπιθυμέω V. 8. 11 (215. 6) κἂν ἐπιθυμήσῃ ὡς ἕτερον ὂν ἰδεῖν.

ἐφίεμαι. Præs. III. 8. 6 (270. 1) ἐφιεμένη μᾶλλον ἔχειν. Aor. III. 5. 1 (207. 8) ἐν ψυχαῖς ἐφιεμέναις καλῷ

τινι συμπλακῆναι; ibid. (208. 12). 5. 9 (218. 16). 8. 4 (267. 14). IV. 4. 12 (51. 4.). VI. 8. 18 (437. 23).

ἐπιχειρέω. Præs. III. 8. 1 (263. 22) ἐπιχειρεῖν σπουδάζειν. V. 3. 13 (172. 1). 9. 1 (218. 11). VI. 2. 6 (268. 30). 5. 2 (336. 12).

ἐπιτολμάω IV. 4. 6 (46. 1) ὁ λόγος — ἐπιτολμήσει — πολυπραγμονεῖν.

ἐπιβάλλω I. 8. 11 (67. 30) ἡ στέρησις ἐπιβάλλοντός ἐστι παρεῖναι εἴδους τινός.

ξητέω. Præs. I. 5. 2 (40. 5) ξητεῖ ἔχειν. III. 6. 5 (224. 26) cet. Undecim exempla. Aor. III. 6. 14 (238. 1). VI. 6. 10 (357. 8) cet. Septies exstat.

μέλλω. De infinitivi temporum ad hoc verbum usu cfr Goodwin § 74. Apud Plotinum inf. præsentis sæpissime usurpatur. Præs. II. 4. 3 (104. 29) εἰ μέλλοι παρέχειν αὐτό. 5. 1 (118. 29). III. 2. 6 (177. 19). 6. 4 (223. 17). 7. 4 (248. 14) cet. Septendecim exempla. Fut. I. 8. 1 (57. 11) τοῖς μέλλουσι τὰ κακὰ γνώσεσθαι. III. 3. 2 (194. 10). 6. 18 (242. 18) cet. Decem exempla inveniuntur. Aor. I. 6. 9 (54. 5) μέλλει θεάσασθαι τἀγαθόν τε καὶ καλόν. 8. 9 (66. 25). VI. 6. 14 (362. 22). 7. 1 (370. 10).

ὁρμάομαι II. 3. 8 (93. 33) ψυχὴ τὸ αὑτῆς ἔργον ποιεῖν ὁρμημένη.

ὀρέγομαι IV. 7. 18 (122. 18) κοσμεῖν ὀρεγόμενον.

ποθέω. Præs. I. 6. 5 (48. 14) ἑαυτοῖς συνεῖναι ποθεῖτε. Aor. IV. 3. 1 (8. 24). 3. 21 (30. 28). V. 5. 4 (184. 21). VI. 7. 18 (392. 8).

πειράομαι. Præs. III. 2. 6 (177. 25) πειρᾶσθαι δεῖ δεικνύναι. 7. 7 (251. 33) cet. Septies exstat. Aor. V. 8. 9 (212. 11) cet. Ter occurrit.

πειραθέω V. 8. 1 (202. 21) πειραθῶμεν ἰδεῖν.

σπεύδω. Præs. II. 2. 1 (84. 22) ψυχῇ — ἐστι καὶ πρὸς αὐτὴν σπεύδειν ἰέναι. IV. 7. 18 (122. 20). Aor. II. 5. 1 (118. 30). VI. 9. 9 (453. 31).

τολμάω. Præs. I. 2. 5 (18. 2) μηδὲν τολμᾶν ποιεῖν. II. 4. 1 (104. 6). 9. 10 (146. 22). IV. 8. 8 (132. 20). VI.

8. 19 (438. 8). Aor. I. 8. 9 (66. 22). VI. 9. 5 (447. 16). 7. 31 (403. 9).

ὠδίνω IV. 7. 18 (122. 19) ὠδῖνον γεννῆσαι. IV. 4. 20 (58. 20) infinitivi ὑγραίνεσθαι καὶ θερμαίνεσθαι e verbo cupiendi ut ἐπιθυμεῖ, sim., quod latet in sequente verbo μελῆσαν, pendent. Idem et genitivi formas ἁλμυρῶν et γλυκέων regit.

B. Verba efficiendi facultatem habendi et contraria.

ἀδυνατέω. Præs. II. 7. 2 (129. 31) ἀδυνατεῖν ποιεῖν. III. 6. 14 (237. 26). Decies occurrit. Aor. I. 3. 2 (21. 11). V. 9. 1 (218. 5); ibid. l. 8. Quinquies exstat.

ἀσθενέω III. 6. 6 (227. 17) τὸ — σῶμα γενόμενον ἀναλαβεῖν αὐτὸ εἰς τὸ ἓν ἀσθενεῖ.

ἀρκέω. Præs. IV. 4. 21 (59. 30) ἀρκεῖν ποιεῖν. Aor. IV. 3. 15 (24. 19). V. 8. 13 (217. 18).

ἀναγκάζω. Præs. I. 4. 1 (24. 27) οὐκ ἀναγκάζοιτο ἂν διδόναι 4. 3 (27. 16). III. 1. 8 (169. 8) cet. Duodeviginti exempla. Aor. I. 1. 3 (4. 25). IV. 3. 12 (21. 23). 4. 42 (84. 5).

ἀπορέω. Aor. IV. 3. 20 (28. 29) εἰπεῖν ἀπορήσομεν. V. 5. 13 (194. 10).

δύναμαι I. 1. 2 (4. 5) δύναται παθεῖν 8. 6 (62. 18). 3. 4 (22. 2). 4. 2 (25. 32) cet. Ut substantivum δύναμις sic etiam verbum δύναμαι apud scriptorem nostrum sæpissime occurrit. Nam cum infinitivo præsentis 149, cum inf. aor. 72 locis conjungitur.

ἔχω. In usu verbi ἔχω finalis vis infinitivi perspicue apparet. Neque enim potest dubitari, quin in locutionibus, quales sunt ἔχω τι εἰπεῖν, τι vocabulum verbi ἔχω objectum a principio fuerit, ad quæ verba infinitivus finali significatione accesserit. Tum harum analogia factum est, ut locutiones orirentur, ubi nullo objecto apposito infinitivus ad verbum ἔχω referebatur. Quod verbum ita e transitivo in intransitivum eadem fere significatione, quam habet δύναμαι, mutatum est.

Quod sero demum factum esse videtur. Nam hujus verbi usus accuratius inspicientes reperimus, infinitivum ad ἔχω apud antiquissimos raro appositum, postea multo sæpius occurrere. Apud Homerum duobus tantum locis verbum ἔχω eo significatu, de quo nunc agitur, usurpari, docet Tudeer (p. 68). Quibus locis et μ 433 οὐδέ πῃ εἶχον οὔτε στηρίξαι κτλ. et Φ 241 οὐδὲ πόδεσσιν εἶχε στηρίξασθαι addere equidem non dubito. Pindarus infinitivo verbum ἔχω sequente semel tantum usus est (Hallström p. 4). Apud Aeschylum Dindorfio auctore quinque exempla exstant, ubi nullo objecto addito infinitivus ad ἔχω accedit. (Dindorf Lex. Aeschyl. vb ἔχω; sed eum omnia attulisse, non est credibile). Sophoclem et Euripidem infinitivo post ἔχω sæpe usos esse, docent Hebold (p. 74) et Krah (p. 59). Apud solutæ orationis scriptores, quoad reperire potui, sæpe hæc consuetudo apparet. (Cfr Heilmann p. 17. Mich. p. 26.) Infinitivi formas λέγειν et εἰπεῖν cum verbo ἔχω sæpe conjungi, notissimum est. Jam exempla enumerabo: Præs. I. 4. 2 (26. 28) ἢ πῶς τὸ τίμιον αὐτῷ (sc. ἔστιν) οὐκ οἶμαι ἕξειν αὐτοὺς λέγειν. Infinitivi forma λέγειν sæpius exstat, ut II. 9. 16 (154. 9). III. 5. 1 (207. 25). 6. 10 (231. 32). 7. 1 (244. 19). 7. 5 (248. 29) cet. Alia exempla sunt: II. 8. 1 (132. 12) ἔχει ἵστασθαι. V. 6. 1 (195. 22) cet. Vigint exempla. Aor. II. 9. 12 (149. 3) ὡς ἔχειν εἰπεῖν αἰτίας δι' ἃς οὕτως. εἰπεῖν sæpissime occurrit. Cfr IV. 3. 6 (14. 14). 4. 6 (45. 27). VI. 4. 7 (324. 10). 4. 8 (324. 20) cet. Alia exempla: II. 4. 11 (112. 7) ἡ ψυχὴ οὐδὲν ἔχουσα μερίσαι. VI. 2. 17 (279. 17) cet. Viginti quinque exempla exstant.

ἐξαδυνατέω VI. 9. 3 (443. 27) ἡ ψυχὴ — ἐξαδυνατοῦσα περιλαβεῖν.

ἐνδέχομαι I. 4. 7 (32. 11) μὴ ἂν τούτων ἐνδεχομένων γενέσθαι.

μηχανάομαι IV. 4. 41 (83. 24) οὐ μηχανησάμενος ἐλθεῖν.

παρέχω. Præs. IV. 5. 7 (97. 30) παρεῖχεν εἰς αὐτὸ ἐνεργεῖν τὸ ὁρώμενον V. 1. 10 (152. 20).

ποιέω. Præs. I. 8. 6 (62. 23) ἀγαθόν, ὃ κρατεῖν τῆς

ὕλης πόιεῖ. III. 2. 5 (176. 20). 2. 6 (177. 17). 2. 15 (184. 24) cet. Octies occurrit.

C. Verba putandi, cogitandi, sciendi, sim.

ἀγνοέω II. 9. 12 (148. 31) ἐκεῖνος δὲ οὕτως ἠγνόει ποιῆσαι.

δοκέω. Præs. I. 2. 1 (12. 25) τῷ μᾶλλον δοκοῦντι ταῦτα ἔχειν. III. 1. 6 (167. 18). 5. 6 (214. 6). 6. 4 (223. 14). 6. 6 (226. 2) cet. 39 exempla inveniuntur. Aor. IV. 4. 28 (67. 9). VI. 4. 12 (330. 11). Perf. IV. 4. 37 (79. 33). 7. 15 (120. 25). II. 9. 6 (139. 26).

δοξάζω. Præs. II. 3. 1 (88. 5) οὐ γὰρ μικρὸν τὸ ἢ ὧδε ἢ ὧδε ἔχειν δοξάζειν. III. 6. 4 (223. 17).

ἔοικα. Præs. IV. 3. 25 (34. 24) μνήμην καὶ ἀνάμνησιν προστιθέναι ἐοίκασιν οἱ παλαιοί. 5. 3 (92. 7). VI. 6. 3 (350. 7) cet. Octo exempla exstant. Fut. III. 5. 2 (209. 8). Aor. VI. 8. 11 (428. 5).

ἐπίσταμαι VI. 6. 10 (357. 25) ἐπιστάμενος ἀριθμεῖν.

εὑρίσκω III. 2. 14 (184. 22) μὴ ἂν ἄλλως εὗρε λογισμὸς ποιῆσαι.

ἐξευρίσκω VI. 7. 9 (381. 2) ἕτερον ἐξευροῦσαι προσθεῖναι.

κινδυνεύω. Præs. III. 3. 3 (195. 16) ὥστε κινδυνεύειν τὴν αἰτίαν ἐπὶ τοὺς γενομένους ἰέναι. 5. 7 (215. 24). IV. 4. 4 (44. 20). 5. 1 (89. 14) cet. Quatuordecim exempla exstant. Perf. VI. 7. 41 (413. 31).

νομίζω. Præs. VI. 5. 10 (344. 13) ἄλλου ἐφάπτεσθαι νομίζοι. 2. 4 (267. 8). V. 1. 10 (152. 8). Passivum personaliter constructum VI. 4. 5 (322. 1) ὀλίγον γὰρ ἂν νομίζοι τῷ παντὶ διδόναι.

οἶδα. Præs. I. 3. 4 (22. 20) τὸ εἰδέναι γράφειν. II. 1. 8 (84. 17). 9. 9 (145. 16) bis. cet. Sexies exstat.

οἴομαι. Præs. III. 2. 9 (181. 22) οἴονται δικαίως ταῦτα πόιεῖν. 1. 1 (162. 3) cet. Novem exempla exstant. Futurum: II. 9. 6 (139. 26). Aor. VI. 7. 25 (397. 1).

πιστεύω. Præs. III. 8. 6 (269. 14) τῷ πιστεύειν ἔχειν. 6. 13 (236. 25). V. 5. 12 (192. 9). Perf. V. 3. 17 (177. 7).

ὑπολαμβάνω III. 6. 7 (229. 3) πάσχειν ὑπέλαβε.

φαίνω. Passivum personaliter constructum: Præs. III. 6. 13 (236. 32) φαίνεται δὲ εἶναι. IV. 4. 5 (45. 7). 5. 2 (90. 26). VI. 5. 5 (339. 19).

φαντάζω. Passivum personaliter constructum. Præs. I. 1. 8 (9. 3) φαντάζεται (sc. ἡ ψυχή) τοῖς σώμασι παρεῖναι. III. 6. 14 (237. 28).

D. Verba decernendi, statuendi.

βουλεύομαι V. 8. 12 (277. 24) βουλευσαμένου τοῦ ποιοῦντος ποιεῖν.

διανοέομαι III. 9. 1 (227. 23) τὸ διανοηθὲν ποιῆσαι. Ibid. l. 29.

E. Verba dicendi, sim.

αἰτέω VI. 3. 6 (291. 18) αἰτεῖ ἰδεῖν.

ἀπαιτέω. Præs. IV. 4. 17 (55. 18) ἡ φαντασία — ἀπαιτοῦσα συνέπεσθαι. Aor. III. 5. 2 (209. 8).

ἀπαγγέλλω V. 8. 12 (216. 5) θεὸν ἑωρακέναι (sc. ἀπαγγέλλει).

ἀπαξιόω II. 9. 18 (157. 16) τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ ἀπαξιοῦσιν ἀδελφοὺς λέγειν.

ἀποδίδωμι. Passivum personaliter usurpatum. IV. 3. 23 (32. 21) ἐνταῦθα ἡ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ μοῖρα τῆς ψυχῆς οἰκεῖν ἀπεδόθη.

ἐπαγγέλλω II. 9. 9 (146. 4) εἰ ἐπαγγέλλοιτό ἔχειν.

λέγω. Præs. II. 9. 18 (158. 1) εἰ μόνοι λέγοιεν θεωρεῖν δύνασθαι. 1. 7 (82. 6). IV. 5. 8 (98. 19) cet. Undecim exempla exstant. Aor. VI. 1. 28 (260. 17). Passivum personaliter constructum: Præs. III. 3. 4 (196. 21) ὁ λόγος λεγέσθω ἔχειν κτλ. 4. 1 (201. 2). IV. 3. 4 (12. 17). V. 8. 2 (204. 2) cet. Septuaginta exempla exstant. Perf. III. 5. 2 (209. 9). 5. 9 (217. 4). 7. 12 (260. 6) cet. Novies occurrit. Fut. III. 1. 5 (167. 2). Aor. III. 5. 9 (217. 20). VI. 7. 11 (381. 26).

ὁμολογέω. Præs. VI. 7. 29 (400. 33) ὁμολογεῖ τίθε-

σθαι. 8. 7 (423. 10). Passivum personaliter constructum: VI. 1. 16 (248. 25) μεταβολαὶ — ὁμολογοῦνται γίγνεσθαι. 8. 18 (436. 20). Perf. IV. 7. 15 (119. 22).

πείθω. Pass. personaliter constr.: II. 9. 15 (152. 6) τῶν — καταφρονεῖν πεισθέντων.

συγχωρέω I. 2. 1 (13. 20) εἰ οὖν τις συγχωρεῖ ὁμοιοῦσθαι δύνασθαι. Aor. IV. 3. 15 (24. 25). Passiv. person. usurpatum: IV. 4. 12 (51. 20).

φημί. Præs. I. 2. 2 (14. 16) φαμὲν ὁμοιοῦσθαι. 4. 5 (29. 27). 4. 7 (31. 23) cet. 16 exempla. Aor. V. 8. 6 (209. 16). 8. 12 (216. 14). Perf. V. 8. 11 (215. 30).

εἶπον VI. 3. 21 (309. 18) εἴποι δ' ἄν τις — ἁρμόττειν.

φάσκω II. 9. 14 (151. 4) φάσκοντες δύνασθαι.

F. Verba jubendi, hortandi, sim.

κελεύω. Præs. II. 9. 7 (141. 26) κελεύσασα μένειν IV. 7. 20 (123. 19).

παρακελεύομαι II. 9. 15 (152. 11) ὁ μὲν Ἐπίκουρος — τοῦτο διώκειν παρακελεύεται.

προστάττω. Pass. pers. constructum: VI. 7. 7 (378. 1) ἥ γε ποιεῖν προσταχθεῖσα.

φημί jubendi significatione exstat III. 2. 13 (183. 18) τὸν λόγον, ὃς — φησι βλέπειν.

φθέγγομαι IV. 3. 13 (23. 23) ἐλθεῖν φθέγγεται.

G. Verba sperandi, timendi, sim.

δείδω V. 5. 4 (184. 23) δεδιότα αὐτοῦ ἀποστατῆσαι.

ἐλπίζω VI. 2. 4 (267. 7) πῶς ἄν τις ἐλπίσειε πολλὰ εὑρήσειν.

εὐλαβέομαι V. 8. 11. (215. 17) εὐλαβουμένου μὴ ἀποστῆναι.

θαρρέω VI. 2. 4 (267. 10) ἐθάρρει ἀναπαύσασθαι.

H. Verba impediendi et sinendi.

ἀναμένω. Aor. III. 6. 18 (242. 14) ἡ δὲ ὕλη ἀναμένει παθεῖν. V. 1. 12 (154. 5).

ἀνέχομαι III. 6. 18 (242. 9) ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ οὐκ ἀνέχεται δέχεσθαι.

διδωμι. Præs. III. 6. 12 (234. 1) διδοὺς συλλογίζεσθαι. II. 8. 1 (132. 1). IV. 8. 1 (124. 13).

ἐάω. Præs. II. 3. 18 (103. 5) φρόνησιν μὴ ἐῶσαν — εὕδειν. IV. 8. 4 (208. 9). Aor. III. 4. 5 (204. 26). 2. 9 (181. 17).

κατέχω IV. 4. 3 (43. 31) μνήμη κατέχει — μὴ πεσεῖν.

κωλύω. Præs. I. 1. 7 (8. 15) κωλύσει δὲ οὐδὲν τὸ σύμπαν ζῷον λέγειν. 4. 1 (24. 9) cet. 25 exempla exstant. Aor. I. 4. 16 (39. 6). II. 9. 5 (137. 27) cet. Quinquies occurrit. Verbum κωλύω maxime in locutionibus τί κωλύει, οὐδὲν κωλύει occurrit.

I. Verba consuetudinis.

εἴθισμαι. Præs. III. 8. 3 (266. 15) οὐκ εἴθισμαι λέγειν IV. 6. 3 (102. 29) cet. Quater exstat.

J. Singularia quædam verba.

Restat, ut verba aliqua tractem, quæ ad genera, quæ antecedunt, non aptum erat referre.

ἀμελέω IV. 8. 1 (124. 13) ἀμελήσας — ποιῆσαι.

ἄρχομαι. Præs. V. 8. 13 (217. 3) ἀρξάμενα εἶναι. VI. 8. 20 (439. 11).

δέω V. 3. 16 (175. 23) μὴ ἐξίστασθαι δεήσει. Med. Præs. III. 2. 4 (175. 15) τῶν δέχεσθαι δεομένων. V. 3. 10 (168. 32) cet. Septies exstat. Aor. I. 9. 1 (72. 4). VI. 6. 17 (367. 29). Perf. III. 8. 11 (276. 25).

λαγχάνω I. 6. 4 (47. 21) ὁρᾶν εἴληχε.

πέφυκα. Præs. III. 6. 9 (231. 9) ποιεῖν πέφυκεν IV. 1. 1 (3. 16) cet. 41 exempla exstant. Aor. IV. 4. 16 (55. 5) τοῦτο δὲ περιπτύξασθαι καὶ περιελθεῖν πάντῃ ἑαυτῷ (sc. πέφυκε).

συγκύρω VI. 8. 9 (425. 30) συνέκυρσε τὸ ὂν οὕτως εἶναι.

συμβαίνω. Præs. III. 7. 9 (256. 27) συμβαίνει εἶναι (sc. ὁ ἀριθμὸς). II. 7. 1 (127. 14).

σχολάζω VI. 7. 34 (406. 18) σχολάζει ὁρᾶν.

τυγχάνω VI. 8. 7 (422. 34) τυχοῦσα οὕτως ἔχειν.

XII. *Infinitivus cum casu nominis a verbis pendens.*

Quum Plotiniani sermonis ratio, quod ad hunc locum attinet, a communi linguæ consuetudine non abhorreat, neque quæ afferenda habeo, majoris momenti sint, summatim ac quasi in brevi conspectu, quæ ad hanc commentationis meæ partem pertinent, exponere mihi liceat.

A. *Nominativus cum infinitivo.*

Nominativus cum infinitivo eam structuram vocamus, ubi subjectum infinitivi idem quod verbi regentis est, et aut pronomine subjectum effertur, aut ad infinitivum prædicatum aliquod positum est.

Paucis locis αὐτός pronomine subjectum iteratur, ut III. 8. 4 (267. 16) αὐτοὶ ὁρᾶν βούλονται.

Multo sæpius ii occurrunt loci, ubi ad infinitivi formas εἶναι et γίνεσθαι prædicatum appositum invenimus. Verborum, a quibus pendet infinitivus, maxime usurpata sunt δοκέω, ut III. 6. 11 (232. 15) θαυμαστὸν εἶναι δοκεῖ. λέγομαι, ut II. 4. 12 (113. 14), πέφυκα III. 9. 2 (278. 23) cet., μέλλω, quod sex locis occurrit, uno loco infinitivum futuri regit II. 5. 1 (118. 11) ἔμελλε μηδὲν ἔσεσθαι.

Præter eas, quas nominavi, infinitivi formas nullum verbum nisi μένειν prædicatum sibi assumpsit. Quod his locis occurrit: III. 4. 6 (205. 7) ὁ μέντοι δαίμων — λέγεται οὐκέτι ὁ αὐτὸς μένειν IV. 9. 5 (137. 5).

Verbum regens si est casus obliquus participii, prædicatum eodem casu utitur, ut IV. 8. 3 (128. 4) δυναμένου καὶ ἄλλου γενέσθαι ἐλάττονος μέν κτλ. Cfr I. 4. 8 (33. 15), ubi dativus exstat. Cujus generis duodecim exempla exstant. His tamen locis prædicatum accusativo utitur. VI. 9. 5 (447. 13) νοῦ — ἓν μὲν εἶναι βουλομένου. Sed hic observaveris vocabulum ἕν et aliis locis non flecti, ut VI. 6. 14 (362. 22) ἐκ τοῦ ἕν. IV. 4. 3 (43. 29) ἕτερον ἐθελήσασα εἶναι (sc. ἡ ψυχή) ἕτερον non eodem genere est quo ψυχή. Sed substantivi instar ἕτερον, quod artis vocabulum est, hoc loco usurpatur. Re vera lex, quam nuper

nominavi, hoc loco non neglecta est. Cfr etiam VI. 1. 4 (234. 10).

Memoratu digna videntur etiam, quæ leguntur III. 2. 9 (181. 23) οὕτω καλόν ἐστιν ἄνθρωπος ποίημα, ὅσον δύναται καλὸν εἶναι κτλ., ubi verbum καλὸν vocabulo ποίημα, non vocabulo ἄνθρωπος genere similis est, quod potius exspectaveris.

B. *Genitivus cum infinitivo* a scriptore nostro numquam usurpatus est.

C. *Dativus cum infinitivo.*

Exemplorum, quæ huc pertinent, duo genera sunt, alterum, si et nomen et infinitivus a verbo pendent, alterum, si ad infinitivum dativus prædicati loco ponitur. Illud ad verbum δίδωμι præsertim usu venit, ut II. 7. 1 (128. 5) διδόασι τοῖς ἑτέροις ἀέρων ἐξόδους αἰτιᾶσθαι. Cfr II. 5. 3 (120. 10). Præterea ad συγχωρέω, καταλείπω, ἐπιτάττω cet. invenitur. Hoc autem maxime ad verba impersonalia occurrit, quorum sæpissime exstant συμβαίνει, ut II. 5. 2 (119. 21) συμβεβήκει αὐτῷ ἀμαθεῖ εἶναι, et προσήκει IV. 7. 5 (108. 10).

Prædicatum dativo plerumque utitur. Qua in re Plotini sermonis usus severa lege astrictus est. Apud Thucydidem, ut hoc afferam, dimidium exemplorum accusativum exhibent. Locos, ubi accusativus exstat, afferens commonendum est, nullo loco adjectivum sed pronomina tantum accusativo uti. Observandum est III. 2. 1 (171. 24) τοῖς δὲ πάντῃ μακαρίοις ἐν αὐτοῖς ἑστάναι καὶ τοῦτο εἶναι ὅπερ εἰσί, μόνον ἀρκεῖ. Adjectivum hoc loco dativo, accusativo pronomen utitur. Cetera exempla hæc sunt: III. 1. 5 (167. 8) οἷς ἅπασιν ἐχρῆν τὰ αὐτὰ εἶναι οἷς ἡ αὐτὴ σχέσις. 2. 1. (171. 25). IV. 3. 9 (18. 24). V. 3. 8 (164. 32)[1].

D. *Accusativus cum infinitivo.*

De hujus structuræ origine hoc loco disputare meum

---

[1] Hic afferenda puto, quæ exstant I. 2. 1 (13. 1) εἰ καὶ τούτῳ ὑπάρχουσι πᾶσαι (sc. ἀρεταί), οἷον σώφρονι ἢ ἀνδρείῳ εἶναι. Hoc loco infinitivus appositionis instar ad substantivum usurpatur. Sed similitudine antecedentis τούτῳ prædicata dativo utuntur.

non est. Neque fieri potest, ut in parte opusculi mei difficillimam illam quæstionem explicem. Sed ut quid mihi verisimillimum videatur, paucis verbis indicem, non mihi displicet sententia, quam CURTIUM sequens ALBRECHT [1] proposuit, quam multi, qui egerunt de hac re, approbaverunt. Neque enim ego negaverim, accusativum a principio objectum verbi regentis fuisse, et infinitivum finali vi appositum esse. Sed quum CURTIUS accusativum cum infinitivo ad substantivà et verba passiva usurpatum ita explicat, ut accusativum limitationis causa positum esse contendat (ALBRECHT p. 19), ei sententiæ obstat, quod de usu ejus accusativi disputat HERZOG [2], qui eum non nisi in lingua græca usurpari commonuit, hunc autem accusativi cum infinitivo usum et in aliis linguis exstare. Sed HERZOGIO ipsi, qui in exemplis, qualia sunt θέλω αὐτὸν βασιλεῦσαι, accusativum e verbo *videndi* significatione, quod in verbo θέλω lateat, pendere putat, et structuram, de qua nunc agimus, significationis similitudine pro enuntiato ab ὅτι incipiente ad impersonalia usurpari esse coeptam, non possum assentiri. Nam totius hujus explicationis, quæ longe petita mihi videtur, nullas fere rationes affert. Quæ quum ita sint, nescio an credendum sit, accusativi cum infinitivo structuram, quum eo modo, quo nuper dixi, orta esset, analogia etiam ad alia verba usurpari coeptam esse, ubi non ad verbum regens accusativus referri posset. Quum igitur accusativus non objectum verbi regentis sed subjectum potius infinitivi esse videretur, et cum illo in unum enuntiatum coaluisset, similitudine quadam omnibus locis, ubi solum infinitivum, etiam accusativum cum infinitivo positum esse. Sed ut hæc opinio, quæ a WACHSMUTHII sententia non multum fortasse abhorret (ALBRECHT p. 15), defendi posse videatur, hoc in dubio relinquendum est.

Sed ut ad consuetudinem Plotinianam transeam, primum de accusativo cum infinitivo, qui ad verba imperso-

---

[1] C. ALBRECHT, De accusativi cum infinitivo conjuncti origine et usu homerico. CURTIUS studien B. IV. p. 1.

[2] E. HERZOG, Syntax des Infinitivs. Fleckeisens Jahrb. Bd. CVII p. 1.

nalia invenitur, mihi agendum est. Sæpissime exstat δεῖ ut I. 2 (4. 1) δεῖ τὸ ἀθάνατον καὶ ἄφθαρτον ἀπαθὲς εἶναι. Cujus generis 420 exempla exstant. Haud raro occurrit χρὴ, ut II. 3. 3 (89. 24) et ἔστι, ut I. 1. 4 (5. 27). Illius 22, hujus 30 exempla exstant. Præterea apparent προσήκει δοκεῖ, συμβαίνει, ἐνδέχεται cet.

Post verba passiva rarissime usurpatur accusativus cum infinitivo. Inveni structuram illam pendentem a verbo τολμᾶται VI. 7. 21 (393. 23) τετολμήσθω εἶναι μέν τὸν νοῦν κτλ., a verbo εἴρηται VI. 3. 11 (297. 1) εἴρηται πολλάκις — τόπον — μὴ κατὰ τὸ ποσὸν νενοῆσθαι.

Substantivorum, quæ accusativus cum infinitivo sequitur, longe sæpissime invenitur ἀνάγκη, quod 111 locis occurrit, ut I. 1. 6 (7. 16) τὴν αἰτίαν τοῦ ζῆν τῷ συναμφοτέρῳ δοῦσαν ἀ. αὐτὴν ἀπαθῆ εἶναι. Copula semper deest, exceptis his locis II. 9. 3 (136. 17) τίς ἦν ἀ. et V. 3. 6 (163. 13) ἀ. ἔνεστιν. Præterea accusativum cum infinitivo regunt θέμις, βούλησις, ἔννοια, θέσις [1].

Eadem fere neutra adjectivorum, ad quæ solus infinitivus occurrit, etiam accusativum cum infinitivo regunt. Sæpissime igitur ad ἀναγκαῖον, ut II. 3. 15 (94. 27) οἷόν τε, ut II. 3. 15 (100. 6) ἄτοπον. II. 5. 1 (207. 27) εὔλογον VI. 1. 23 (255. 24) cet., ad adjectiva verbalia, ut ληπτέον III. 7. 6 (250. 27), τολμητέον IV. 4. 22 (61. 7) accusativus cum infinitivo occurrit. Copula ἐστῖν rarissime ad adjectiva exstat, ut IV. 3. 8 (16. 26) ἀριθμόν τινα ἀκόλουθόν ἐστιν εἶναι. Sæpius exstant ἦν, ut VI. 2. 21 (284. 5) οὐ γὰρ θεμιτὸν ἦν κτλ. et ὄν ut VI. 1. 25 (256. 23) οὐχ οἷόν τε ὄν cet.

Tum de accusativo cum infinitivo, qui usurpatur objecti loco, agam. Plurima verba sunt verba sentiendi et putandi, quorum sæpissime occurrunt οἴομαι ut II. 9. 16 (139. 19), νομίζω ut II. 9. 9 (143. 22), τίθημι et med. τίθημαι ut III. 7. 1 (244. 25) οἱ ἕτερον τοῦ χρόνου τιθέντες εἶναι

---

[1] I. 8. 5 (61. 29) ubi KIRCHHOFF scripsit θέμις. Sed omnes codd. θέσις. Cfr θετέον quod antecedit l. 25.

(sc. τὸν αἰῶνα) et II. 3. 6 (92. 15), et ὑποτίθημαι, ut II. 4. 4 (105. 12). Præterea inveniuntur γινώσκω, ὁράω, ἀξιόω, νοέω, λαμβάνω, κρίνω cet.

Verborum dicendi creberrime invenimus λέγω, ut I. 1. 4 (5. 24) ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι μεμῖχθαι λευκῷ γραμμήν, φύσιν ἄλλην ἄλλῃ. Exstant 439 exempla. φημί 186 locis occurrit, quorum affero I. 1. 10 (10. 8) τὸ κοινὸν ἔφαμεν ἡμῶν εἶναι.

Præterea usurpantur ὁμολογέω, συγχωρέω, μαρτυρέω, πιστόομαι, δίδωμι, cet.

Hic aliquot loci afferendi sunt, qui digni mihi visi sunt, de quibus separatim disseram.

II. 4. 1 (104. 6) καὶ δὴ καὶ τολμῶσι καὶ μέχρι θεῶν αὐτὴν ἄγειν καὶ τέλος δὴ αὐτὸν τὸν θεὸν ὕλην ταύτην πως ἔχουσαν εἶναι. Duplici significationi hic usurpatur verbum τολμᾶν, nam et *audere* et *contendere* significat. Cfr τετολμήσθω pag. 48. Ita fit, ut non modo infinitivus, sed etiam accusativus cum infinitivo ab hoc verbo pendeat.

II. 6. 1 (124. 12) ἀλλ' ἄρα τοὺς μὲν λόγους τοὺς ποιήσαντας αὐτὰ οὐσιώδεις ὅλους, τὰ δε ἀποτελέσματα ἔχειν κτλ. Accusativus cum infinitivo a λέγειν δεῖ vel simili verbo pendet, quod ex antecedente ἄτοπον λέγειν l. 10 sumendum est.

IV. 4. 20 (58. 32) ἀλλὰ διὰ τί δύο ἐπιθυμίας ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνο εἶναι, τὸ ἐπιθυμοῦν μόνον τὸ σῶμα τὸ τοιόνδε; Accusativum cum infinitivo ita explicandum censeo, ut λέγετε mente addendum sit. Nam adversarium aliquem inducit, qui hoc interroget.

VI. 1. 12 (244. 25) τάχα μὲν γὰρ ἄν τις — ὑπόστασιν εἶναι. Mente additur εἴποι.

Jam vero ad alia transeo.

Verba voluntatis, quæ accusativum cum infinitivo regunt, sunt ἐθέλω II. 9. 10 (146. 13) τὰ αὐτῶν ἐθέλοντες δοκεῖν εἶναι ἀληθῆ cet., βούλομαι, ut III. 2. 11 (182. 27), προθυμέομαι V. 3. 12 (171. 2).

Verborum efficiendi sæpissime occurrit ποιέω, ut V. 1. 2 (142. 17) ἃ ζῆν ποιεῖ. Quod 63 locis exstat. Hoc loco etiam afferre liceat, verbum ποιέω sex locis ponendi vel fingendi significatione exstare, ut II. 9. 1 (135. 18) ὅταν τις ἀπὸ τούτου γίνεσθαι ἐν ψυχῇ ἄλλον (sc. λόγον ποιῇ). Inveniuntur etiam μηχανάομαι I. 9. 1 (72. 8), παρέχω III. 6. 12 (235. 3) cet., ἐργάζομαι IV. 6. 3 (162. 3), alia.

Verba timendi et sperandi duobus tantum locis exstant: I. 4. 16 (38. 26) ταύτας (i. e. τύχας) φοβήσεται περὶ αὐτὸν γενέσθαι, et I. 9. 1 (72. 3) μενεῖ τὸ σῶμα ἀποστῆναι πᾶν αὐτῆς.

Verborum, in quibus impediendi notio inest, nullum nisi κωλύω cum sequente accusativo cum infinitivo inveni. Quod verbum in locutionibus illis τί κωλύει, οὐδὲν κωλύει, quas jam nominavi (pag. 44) sæpe invenitur, ut II. 4. 13 (114. 1). 5. 4 (121. 20) cet.

Verba jubendi et vetandi his locis occurrunt: III. 2. 8 (180. 19) κελεύουσιν αὐτοὺς οἱ θεοὶ σώζεσθαι. Ejusdem fere significatus occurrit καλέω III. 7. 11 (257. 26). Præterea exstat ἀπόφημι VI. 9. 11 (454. 29).

Inter verba sinendi patiendi ἐάω præsertim usurpatur ut II. 3. 5 (92. 10) τὸ πλησίον μὴ ἐᾶν ὑβρίζειν. Cetera sunt ἀναμένω, δέχομαι, παραδέχομαι, δίδωμι.

XIII. *Infinitivus in sententiis secundariis.*

De hoc infinitivi usu cfr Kühner p. 1056 et Goodwin § 755. Infinitivus in sententiis secundariis apud Plotinum his locis occurrit:

a) in sententiis relativis: II. 3. 6 (92. 31) ἀφ' οὗ διηρτῆσθαι τὸ πᾶν. 6. 1 (124. 15) ὅθεν καὶ ἁμαρτάνειν ἡμᾶς.

b) post ἐπεὶ causali sensu usurpatum: II. 3. 18 (103. 2) ἐπεὶ καὶ τὴν κακίαν αὐτὴν ἔχειν. I. 4. 5 (29. 24). III. 2. 115 (186. 26). 6. 6 (227. 3).

c) post διὸ: III. 2. 5 (176. 30) διὸ οὐδὲ ἀπολέσθαι τὰ κακά.

Quibus omnibus locis similitudine infinitivorum, qui exstant in primariis sententiis, structura explicari potest, excepto II. 3. 18 (103. 2), quem locum jam laudavi.

Pars posterior.

Infinitivus cum articulo conjunctus.

Infinitivus, qui articulo adjecto substantivi naturam induit, vix in ulla lingua magis quam in græca variis modis usurpatus est. Quæ linguæ consuetudo, qua infinitivum per omnes casus licuit declinare, oriri non potuit, nisi quum originaria infinitivi significatio obliterata erat, ut infinitivus non dativi forma substantivi verbalis sed nominativus vel accusativus intelligeretur. Infinitivum cum articulo conjunctum in Homeri carminibus non exstare, vulgo credunt. (Cfr GILDERSLEVE Transact. of American Philol. Assoc. 1878, p. 11. KÜHNER p. 503 a.) Sed recte monuit BIRKLEIN (p. 3), non esse justam causam, cur negemus, versu υ 52 infinitivum cum articulo conjunctum in substantivi naturam re vera transiisse. Qui locus si cum locis, quales sunt α 370, comparatur, documento est, eodem fere tempore quo vocabulum ὁ, ἡ, τό e pronomine articulus factum est[1], etiam ex infinitivo ad τό pronomen appositionis instar usurpato eum infinitivum, qui cum articulo conjunctus substantivi accepit naturam, ortum esse. At tamen BIRKLEINIO locum, quem nominavi, υ 52 explicanti prorsus assentiri non possum. Qui dicit: "*Während an der oben citierten Stelle* H *282, wo der blosse Infinitiv steht, etwas in dem concreten Fall Geltendes ausgesagt wird, wird durch* υ *52 durch die Verwendung von* τό *eine von dem Redenden als bekannt*

---

[1] Cfr inter alia γ 388 ubi τοῖο medium quoddam inter pronomen et articulum est.

vorausgesetzte Thatsache bezeichnet." Cui sententiæ obstat, primum quod simplici illi Homeri sermoni tam subtilis distinctio vix attribuenda videtur, deinde quod causa non est, cur sententiam, quam exprimit versus H 282 ἀγαθὸν καὶ νυκτὶ πιθέσθαι, minus late putemus patere, quam quæ exstat versu υ 52 ἀνίη καὶ τὸ φυλάσσειν κτλ. Verisimilius mihi videtur, ad infinitivum articulum appositum esse, quo magis verbis, quæ antecedunt, ἑλέτω σε καὶ ὕπνος contrarius infinitivus opponeretur. Ad quæ conferas α 370, ubi infinitivo appositionis loco usurpato verba τόγε — ἀκουέμεν verbis quæ antecedunt μηδὲ βοητὺς ἔστω contraria sunt.

Hic infinitivi novus usus paulatim tantum latius patuit. Cujus rei ratione habita Birklein (p. 91) tria scribendi genere distinguit. Quorum ad primum poetas epicos et lyricos adnumerat, qui non nisi τό articulum cum infinitivo conjungebant. Deinde apud fabularum scriptores et Herodotum genetivus et dativus infinitivi raro apparet. Tum solutæ orationis scriptores attici omnes casus infinitivi sepius usurpant. Numerus infinitivorum per hæc tempora semper crescit. Sed etiam aliis modis hic usus augetur. Pindarus primus adverbiis ad infinitivum apposuit (Birklein p. 7). Apud Aeschylum accusativus cum infinitivo substantivi vices articulo adjecto primum suscepit (Birklein p. 21). Sophocles infinitivo cum articulo etiam in exclamationibus utitur[1]. Sed apud prosæ orationis scriptores atticos hic sermonis usus velut perfectus magis etiam variat. Thucydides infinitivo cum articulo τοῦ finali sensu primus usus est (Birklein p. 58). Crescit numerus propositionum, quæ infinitivum regunt, crebriusque casus obliqui quam nominativus et accusativus inveniuntur. Sæpissime hunc infinitivum usurparunt Demosthenes et Xenophon in scriptis, quæ in philosophia versantur, et Plato.

Quod usus infinitivi cum articulo conjuncti variis modis ita augetur, non modo temporum varietati, verum etiam dicendi generum dissimilitudini tribuendum est. Quum enim infinitivus, de quo agitur, pro iis substantivis sæpe usur-

[1] Birklein p. 29.

paretur, quibus universa rerum genera enuntiantur, vel notionem, quæ infinitivo exprimebatur, jam antea cognitam vel nominatam esse indicaret, ob eamque rem ad generales sententias exprimendas aptus esset, effectum est, ut scriptores, qui in philosophia versati sunt, vel qui artificiosa eloquentia sermonem formarunt, hunc infinitivum præcipue amarent. Apud Thucydidem quidem in orationibus sæpius quam alias occurrit (BEHRENDT p. 21), et apud Xenophontem in scriptis historicis rarior quam in ceteris est. (Cfr HEWLETT p. 273.)

Qui hunc infinitivi usum adhuc tractaverunt, nullum post Platonem scriptorem attigerunt. Polybium tamen accuratius exploravit HEWLETT in commentatione, quam sæpius laudabo. Qua apparet, Polybium in hoc infinitivo usurpando ab atticorum ratione non multum abcessisse, sæpissime autem eo usum esse.

Jam vero ad Plotinianam consuetudinem transgrediendum est. Quærentes primum, quam sæpe Plotinus hunc infinitivum usurpaverit, 1626 exempla reperimus. Quomodo hic Plotini usus ad aliorum scriptorum consuetudinem se habeat, e ratione apparet, quam proposuit HEWLETT (p. 269). Qui hos medios numeros invenit. In singulis paginis editionum Teubnerianarum exstant: in scriptis Demosthenis 1,20, Xenophontis 1,01, Platonis 0,87, Polybii 1,15. Apud Plotinum exstat 1,86. Neminem igitur hoc infinitivo sæpius quam Plotinum usum esse videmus.

Cujus rei ea imprimis causa est, quod nonnullæ infinitivi formæ cum articulo conjunctæ artis philosophorum verba sunt, ut τὸ εἶναι (quod quatuor et sexaginta locis subjecti vices sustinet). Sæpissime occurrunt quum alia tum τὸ ζῆν, τὸ ποιεῖν, τὸ πάσχειν, τὸ νοεῖν, τὸ φρονεῖν, τὸ ἀλγεῖν, τὸ εὐδαιμονεῖν [1]. Quæ vocabula sæpe redeuntia effi-

---

[1] Cfr nostræ linguæ vocabula *vara't, tänka't.* Germanice *das Sein,* cet. In latino sermone substantivi instar maxime usurpantur infinitivi formæ *esse, vivere, intelligere, scire, velle,* sim. Cfr WÖLFFLIN Archiv Tom. III. p. 71. Ex iis, quæ disputat ille, elucet, Græcorum consuetudinem si non ad originem infinitivi substantivi loco usurpati, at tamen ad usum

ciunt, ut scripta Plotini nonnullis locis similitudine quadam offendunt (cfr supra p. 4). Infinitivi igitur formæ cum articulo conjunctæ ad notiones infinitas exprimendas adhibentur, quæ scriptori verbi formis magis perspicue ac distinctius quam substantivis significari posse visæ sunt, vel quæ substantivis indicari non possunt. Cujus generis sunt et aliæ et notiones negativæ [1]. Et quum singula tempora distinguenda essent, infinitivo necesse erat uti, ut I. 2. 4 (16. 12) ἡ γοῦν (sc. ἀρετὴ) ἐν τῷ καθαίρεσθαι ἀτελεστέρα τῆς ἐν τῷ κεκαθάρθαι. Infinitivi cum articulo conjuncti quum certa artis vocabula sæpe sint, ad nominativi formarum numerum augendum valent, qui, ut hoc afferam, apud scriptorem nostrum duplo major quam apud Demosthenem est.

Quum infinitivus, de qua agimus, verbi naturam non plane amitteret, effectum est, ut adverbiis definiretur, quam legem observarunt prosæ orationis scriptores attici. Sed prout substantivi vices magis magisque suscepit, etiam attributa ad eum accedere coeperunt. Cujus consuetudinis initia jam apud scriptores classicos, qui vocantur, exstant, qui uno vel altero loco et pronomen demonstrativum [2] (et πᾶς adjectivum) et genetivum possessivum ad infinitivum apposuerunt. Quod apud posteros sæpius usu venit [3]. Polybius tamen neque adjectivum neque genetivi formas cum infini-

---

ejus augendum valuisse. Præsertim apud Patres ecclesiæ, quos vocant, ut apud Tertullianum et Augustinum infinitivus substantivi naturam induit.

[1] Cfr GILDERSLEVE Transact. p. 18. Tribus tantum locis negativam particulam ad substantivum appositam inveni: II. 1. 1 (75. 12) τῆς οὐ φθορᾶς VI. 3. 9 (295. 19) τῷ μὴ ἀνθρώπῳ VI. 3. 23 (311. 16) τῇ μὴ ἡσυχίᾳ.

[2] Cfr GILDERSLEVE Transact. p. 7. Hujus rei causa fuisse videtur, quod infinitivus cum articulo conjunctus appositionis loco ad pronomen accessit.

[3] Ut apud Ignatium, GILDERSLEVE Transact. p. 7 τὸ ἀληθινὸν ζῆν. Quod G. vulgarism or Latinism esse putat. Sed ex iis, quæ antea attulimus, apparet, hanc locutionem non secundum latini sermonis usum formatam esse. Immo vero cum cetera infinitivi cum articulo usurpandi ratione et hæc congruunt.

tivo conjunxit. Plotinus hac in re posterioris linguæ rationem sequitur. Commoneam autem, pronomina, quæ attributi loco ad infinitivum usurpantur, multo plura esse atque ad quamlibet infinitivi formam apponi, quum ii infinitivi, qui adjectivo definiuntur, rarius exstent, et uno loco excepto (V. 1. 1 (141. 8)) ii sint, qui artis vocabulorum loco sæpissimi usurpati substantivis simillimi facti sint. Apud Plotinum hoc primum occurrit, quod pronomen interrogativum cum infinitivo conjungitur. Exempla, quæ exstant, enumerabo:

1. Genetivi forma attributi loco addita:

I. 1. 6 (7. 20) τὸ τοῦ συναμφοτέρου ζῆν[1]. 1. 6. (7. 29) τῆς ψυχῆς τῷ παρεῖναι. 4. 16 (34. 29) τὸ ζῆν τῆς ψυχῆς. IV. 4. 37 (79. 32) τὸ ποιεῖν αὐτῶν V. 6. 3 (196. 30) αὐτοῦ τὸ εἶναι VI. 1. 19 (250. 12) τὸ ζῆν ἑκάστου 8. 6. (421. 30) τὸ εἶναι τῶν ὑπ' αὐτήν.

2. Adjectivum attributi vices sustinet:

I. 4. 15 (38. 3) τὸ ἄριστον εἶναι. 1. 1 (141. 8) πολλῷ τῷ κινεῖσθαι. VI. 1. 19 (2 50. 31) τὸ οὕτω λεγόμενον ποιεῖν 7. 3 (374. 14) τὸ αἰσθητικὸν εἶναι 1. 19 (251. 11) μετὰ τοῦ λεγομένου πάσχειν 2. 7 (269. 12) ἐν τῷ ἀληθινῷ εἶναι. Cfr τὸ ἀληθῶς εἶναι III. 7. 6 (250. 5) cet. nullo significatus discrimine. 1. 15 (247. 8) ἐν τῷ ποιεῖν λεγομένῳ. Hic afferenda sunt, quæ exstant VI. 1. 19 (251. 13) τὸ ἐκ τοῦ καίειν καὶ καίεσθαι ἑνὸς ὄντος, ubi participium appositionis loco ponitur.

3. Et adjectivum et pronomen cum infinitivo conjunguntur:

VI. 8. 15 (433. 33) αὐτὸ τὸ ἀληθινὸν ζῆν.

4. Pronomen attributi loco ponitur:

a) αὐτός: II. 1. 13 (77. 30) πρὸς τὸ τὸ αὐτὸ εἶναι ζῷον

[1] Cujus loci proprium est quod genetivus inter articulum et infinitivum ponitur.

καὶ ἀεὶ μένον III. 6. 17 (240. 27) αὐτῷ τῷ φαίνεσθαι IV. 4. 28 (66. 29) αὐτὸ τὸ ὀργίζεσθαι VI. 2. 7 (270. 6) αὐτοῦ τοῦ εἶναι = V. 3. 13 (172. 29). VI. 3. 22 (309. 33) τὸ βαδίζειν αὐτὸ 1. 19 (250. 28) αὐτὸ τὸ τέμνεσθαι.

b) οὗτος:

I. 4. 4. (28. 15) τὸ εὐδαιμονεῖν τοῦτο = I. 4. 14 (37. 8) V. 3. 13 (172. 25) τὸ εἶναι τοῦτο — VI. 1. 8 (238. 25) τὸ εἶναι τοῦτο τὸ παρ' ἀλλήλων. Idem exstat II. 9. 15 (152. 17). III. 6. 4 (223. 24). V. 5. 1 (181. 21). VI. 1. 4 (233. 28). 2. 18 (280. 19). 8. 16 (434. 33). Accusativus cum infinitivo exstat IV. 5. 3 (92. 15) τῷ πάσχειν τὸ μεταξὺ τούτῳ.

c) Cetera pronomina et pronominalia:

II. 5. 4 (121. 29) ἐν τίνι τῷ εἶναι ἂν ἁλοίη. III. 8. 6 (269. 13) ἐν τῷ τοιούτῳ τῷ πιστεύειν.

Ab infinitivo cui attributum additum est is, qui appositionis vices ad pronomen sustinet, sæpe difficile est sejungere (cfr supra p. 55). Quam ob rem eos locos ubi ad pronomen infinitivus appositionis loco refertur, hic affero:

a) τόδε:

II. 9. 15 (152. 31) μαρτυρεῖ δὲ αὐτοῖς καὶ τόδε τὸ μηδένα λόγον περὶ ἀρετῆς πεποιῆσθαι κτλ.

b) οὗτος:

I. 8. 14 (70. 23) τοῦτό ἐστι πτῶμα τῆς ψυχῆς τὸ οὕτως ἐλθεῖν εἰς ὕλην καὶ ἀσθενεῖν. II. 4. 13 (114 2). III. 1. 1 (161. 13). 2. 6 (177. 23). 1. 1 (162. 13). IV. 8. 6 (130. 30). VI. 5. 1 (336. 3). Acc. c. inf. I. 4. 2 (25. 11) εἰ μὲν τὸ αἰσθάνεσθαι τοῦτο λέγουσι, τὸ τὸ πάθος μὴ λανθάνειν. 6. 2 (22. 20). 8. 3 (266. 6). — Huc referenda sunt, quæ leguntur II. 9. 9 (144. 22), ubi infinitivus pronomine τοῦτο iteratur. Cfr III. 1. 2 (163. 12).

De infinitivo sine articulo qui appositionis vice fungitur cfr supra p. 35.

Verba predicati loco ad infinitivum posita easdem leges, quæ valent apud atticos, sequuntur. Vocabulo, ad

quod referuntur sæpissime casu similes sunt. Exempla hæc affero:

Nom. IV. 9. 4 (136. 19) εἰ εἶχον (αἱ ψυχαὶ) τὸ ψυχαὶ εἶναι. Cfr III. 6. 12 (234. 2) ἔχει (ἡ ὕλη) τὸ πάσχειν αὐτὴ καὶ ἀλλοιοῦσθαι. III. 7. 6 (250. 5). 6. 11 (232. 32). 7. 8 (252. 19). V. 8. 1 (203. 3) cet. Tamen et accusativus exstat: III. 6. 11 (232. 32) ὥστε ἀπολεῖ (ἡ ὕλη) τὸ ὕλην εἶναι. III. 2. 17 (190. 31) τιμὰς καὶ ἀτιμίας ὁρίζουσι (sc. οἱ ὑποκριταὶ) τῷ συνεπιλαμβάνειν αὐτοὺς ταῖς τιμαῖς κτλ. Cfr IV. 4. 41 (83. 25).

Observanda sunt, quæ leguntur V. 8. 9 (213. 3) ἡ δὲ δύναμις ἡ ἐκεῖ ἔχει — τὸ καλὸν εἶναι, ubi verba τὸ καλὸν εἶναι ita in unum coaluerunt, ut verbum καλόν ne genere quidem verbo δύναμις similis redderetur. Cfr ibid. 1. 5.

Dativus. I. 6. 1 (44. 22) ἔστιν αὐτοῖς τὸ καλοῖς εἶναι. IV. 7. 3 (106. 23) πνεύματι τὸ ἑνὶ εἶναι. Cfr II. 4. 14 (115. 23). I. 6. 7 (51. 9) cet.

At contra accusativus occurrit: I. 4. 3 (27. 34) τί γὰρ τῇ τελείᾳ ζωῇ ἂν προσγένοιτο εἰς τὸ ἀρίστην εἶναι.

A prædicato quod similitudine præcedentis verbi dativo utitur dativi formæ separandæ sunt, quæ cum verbo εἶναι conjunguntur, ut rei notionem vel essentiam, quæ vocatur, exprimant, ut II. 4. 15 (116. 22) τὸ αὐτο οὖν τὸ ἄπειρον καὶ τὸ ἀπείρῳ εἶναι, quæ verba vertenda sunt: *idem igitur est infinitivum esse et infiniti notio (infinito esse Fic.)* Quam locutionem Aristoteles primus usurpavit. Doctissime de hac re disputavit Trendelenburg (Rhein. Museum II. 1828, p. 457), qui dativum possessivo significatu esse docet; τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι igitur ita explicandum esse: *essentia, quæ homini* cet. Quæ sententia et mihi placet. Fortasse non est audacter conjectantis, si locutionem illam similitudine talium enuntiatorum formatam esse credimus, qualia sunt VI. 2. 6 (268. 18) τὸ εἶναι αὐτῇ τί ἔσται ἄνευ τῶν ἄλλων i. e. τὸ αὐτὴν εἶναι vel τὸ εἶναι αὐτῆς. Cfr etiam II. 9. 1 (134. 16). Apud Plotinum hæc exstant exempla: II. 4. 15 (116. 25) τὸ ἀπείρῳ εἶναι. Idem occurrit VI. 8. 14 (432. 27). 7. 4 (375. 18). 8. 14 (432. 1), ibid. l. 4. 5. 6. 8. — II. 4.

8 (109. 1) ἄλλο γὰρ τὸ μεγέθει, ἄλλο το μεμεγεθυσμένῳ εἶναι. 4. 15 (116. 22) vide supra III. 1. 3 (164. 15) τὸ ζῴοις εἶναι. III. 6. 16 (239. 31) οὐ γὰρ δὴ τὸ εἶναι αὐτῇ καὶ μεγέθει εἶναι. V. 1. 3 (144. 19) τὸ ἑτέροις εἶναι. 9. 9 (224. 26) τὸ τοιῷδε εἶναι. VI. 2. 5 (268. 6) ἐπὶ τοῦ λίθου τὸ εἶναι τῷ λίθῳ ἦν οὐ τὸ εἶναι, ἀλλὰ τὸ λίθῳ εἶναι. 6. 14 (363. 4) τὸ συνόδῳ εἶναι. 7. 11 (382. 9) τὸ γῇ εἶναι., ibid. l. 11 τὸ εἶναι ταύτῃ. 7. 12 (384. 3) τὸ οὐρανῷ εἶναι.

Quemadmodum apud atticos etiam apud Plotinum infinitivus præsentis longe creberrime exstat. Cui numero proximi sunt infinitivi aoristi et perfecti. Infinitivus perfecti pro sententia causali usurpatus dativo casu præsertim utitur, ut II. 9. 4 (136. 28) εἰ δὲ ἔνευσε, τῷ ἐπιλελῆσθαι δηλονότι τῶν ἐκεῖ. Infinitivus futuri semel tantum invenitur. (Cfr Birklein p. 94) III. 7. 4 (248. 22) ἡ οὖν τοῦ ὄντος παντελὴς οὐσία καὶ ὅλη, οὐχ ἡ ἐν τοῖς μέρεσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐν τῷ μηδ' ἂν ἔτι ἐλλείψειν κτλ.

Infinitivus vocula ἄν addita cum articulo his tantum locis conjungitur: I. 4. 7 (32. 14) II. 1. 1 (75. 16). III. 7. 4 (248. 24) bis, (vide supra).

Ad infinitivum nulla nisi μή particula negativa apponitur.

I. *Infinitivus cum articulo τό conjunctus.*

A. Infinitivus nominativo vel accusativo subjecti loco usurpatus utitur.

Infinitivum articulo addito a scriptore nostro subjecti loco sæpissime usurpari, jam antea demonstravimus. 482 exempla exstant. Hic autem quærat quispiam, cur infinitivus cum articulo conjunctus solo infinitivo prælatus sit [1]. Omnibus tamen locis, cur articulus additus sit, causam afferri posse, equidem non credo. Etiamsi nonnullis locis rationem quandam proposueris, multi tamen restabunt, ubi nulla lege observata articulus ad arbitrium positus videtur ut IV. 3. 10 (20. 11) πυρὸς μὲν γὰρ θερμὰ ποιεῖν καὶ τὸ

[1] Infinitivum, qui, ut hoc afferam, a præpositione pendet, cum articulo conjungi necesse esse, in aperto est.

ψύχειν ἄλλου, ubi duorum infinitivorum, qui subjecti loco in eadem sententia usurpantur, articulo ad alterum opposito, alter articulo caret. (Cfr IV. 7. 4 (107. 27). Apud vetustiores, ubi rarius exstat infinitivus cum articulo conjunctus, qua ratione singulis locis articulus additus sit, facilius explicaveris. Sed quum in posteriorum sermone articulus vim demonstrativam, quæ a principio in eo inerat, maxima ex parte perdidisset [1], quod inter infinitivum cum articulo conjunctum et nudum infinitivum intererat, evanescere coepit. Rationes nonnulla squibus usus articuli ad infinitivum, qui subjecti vices sustinet, appositi explicatur, hic afferam: [2]

a) Articulo, id quod infinitivo enuntiatur, jam antea cognitum esse significatur, sive quam rem antea nominatam commemorat scriptor, ut V. 3. 3 (159. 5) τὸ δὴ προσχρῆσθαι τί ἐστιν; cfr προσχρώμεθα quod antecedit 1. 2. III. 6. 5 (225. 17) τὸ χωρίζεσθαι cfr χωρισμὸς 1. 13. I. 1. 3 (4. 29) cet., sive de re vulgo cognita agitur, ut III. 2. 6 (177. 2) τὸ μὲν λέγειν ὡς οὐδὲν κακὸν τῷ ἀγαθῷ. — III. 6. 10 (231. 24). II. 9. 15 (153. 6) cet.

b) in notionibus inter se contrariis significandis usurpatur articulus, ut I. 4. 6 (30. 28) οὐ βουλητὸν τὸ τῆς ἐκκλίσεως τῆς τοιαύτης· μᾶλλον γὰρ βουλητὸν τὸ μηδὲ δεηθῆναι κτλ. — III. 2. 1 (171. 26) τὸ πολυπραγμονεῖν. 6. 8 (229. 22). II. 9. 1 (134. 22) cet.

c) ubi cum substantivo infinitivus ejusdem juris conjungitur, etiamsi substantivum articulo careat. Nam articulo addito infinitivus substantivo similior fit, ut I. 1. 1 (3. 1) ἡδοναὶ καὶ λῦπαι — καὶ τὸ ἀλγεῖν — II. 9. 4 (137. 3) — I. 1. 6 (8. 1) — I. 5. 1 (141. 6) [3]. Eadem ratione articulus usurpatur, ubi substantivum prædicati loco positus est (excepto verbo ἀνάγκη) ut I. 2. 4 (16. 13) τὸ κεκαθάρθαι οἷον τέλος ἤδη κτλ. IV. 3. 18 (26. 34) cet.

[1] Ad quæ conferas, quod demonstrativi pronominis usus ad hunc infinitivum paulatim crescit. Nam quum articulus solus ad infinitivum efferendum non satis valeret, pronomino opus erat.

[2] Cfr Birklein p. 96.

[3] Cfr tamen II. 6. 2 (125. 25) καὶ κάλλη καὶ ὑγίειαι καὶ οὕτως ἐσχηματίσθαι.

d) uno vel altero loco infinitivus epexegetice, quod dicitur, articulo adjungitur ut V. 5. 5 (186. 2) τὸ εἶναι i. e. vocabulum εἶναι.

e) Plures infinitivi formæ vel infinitivus et major verborum complexio ad infinitivum adverbii instar addita articulo in unum quasi comprehenduntur. (Cfr Rich. Wagner: De infinitivo apud oratores atticos cum articulo conjuncto, Schwerin 1885, p. 10). Cujus rei exempla hæc afferam: Plures infinitivi exstant. III. 2. 7 (178. 19) τὸ κόσμου εἶναι καὶ ἐπιμελεῖσθαι καὶ ὑφιστάναι καὶ διοικεῖν καὶ ποιεῖν κτλ. Adverbialia vel breviora vel longiora: τὸ κατὰ φύσιν ζῆν I. 4. 1 (25. 7) — τὸ ἀληθῶς εἶναι III. 7. 6 (250. 5) I. 5. 10 (43. 23) τὸ δὲ ἐν ταῖς πράξεσι τὸ εὐδαιμονεῖν τίθεσθαι. — Cfr II. 3. 3 (90. 7). Sententia secundaria inter articulum et infinitivum inseritur VI. 7. 38 (410. 27) τὸ ὅτι αὐτός ἐστι τοῦτο νοεῖν. Nonnullis locis articulus nostra lingua *'det påståendet att, den satsen att'* vertendus est. Cfr locos duos, quos proxime laudavi.

f) Infinitivus, qui subjecti vices sustinet, si infinitivus etiam prædicati loco usurpatur, cum articulo plerumque conjungitur. Quod usu venit α) si in accusativo cum infinitivo infinitivus et subjecti et prædicati loco exstat, ut I. 1. 5 (6. 26) δυνατὸν — μὴ πάντως ἐπιγίνεσθαι τὸ λυπεῖσθαι. Accusativus cum infinitivo subjecti vice fungitur IV. 3. 1 (9. 2) οὐδὲ γὰρ ἴσως ἱκανὸν φήσουσιν εἶναι τὸ φθάνειν — καὶ τὰς ἡμετέρας ibid. 1. 10 — VI. 8. 21 (440. 12). Cujus generis unum et triginta exempla inveni. β) Etiam aliis locis, ubi infinitivus prædicati loco exstat, articulus infinitivo, qui subjecti vices sustinet, additur ut I. 9. 1 (72. 2) τό τε ἐξελθεῖν ἐστι μεταβῆναι. II. 1. 8 (64. 3). III. 8. 7 (270. 33) cet.

Ad vocabula τεκμήριον et μαρτύριον (Cfr Kühner p. 565) infinitivum cum articulo his locis usurpatum inveni IV. 3. 28 (38. 9) τεκμήριον δὲ τὸ μὴ εἰθυῖαν εἶναι τὴν μνήμην κτλ. IV. 4. 28 (67. 32) μαρτύριον δὲ τοῦ ὁμοούσιον εἶναι — τὸ τοὺς ἧττον τῶν σωματικῶν ἡδέων ἐφιεμένους — ἧττον κινεῖσθαι. VI. 5. 3 (91. 2).

Infinitivos cum articulo ad substantivum, quod subjecti loco usurpatur, appositionis instar Plotinus his locis usus est: I. 4. 7 (31. 34) δόγμα — περὶ θανάτου τὸ ἄμεινον ζωῆς τῆς μετὰ σώματος εἶναι — III. 6. 14 (237. 22) VI. 9. 11 (454. 27).[1]

In structura, quæ accusativus absolutus vocatur, infinitivus subjecti locum rarissime obtinere solet. (Birklein p. 100). Apud Polybium semel tantum hoc usu venit (Hewlett p. 277). Neque apud Plotinum nisi hoc loco invenitur: II. 9. 6 (139. 28) δέον ἐκεῖ τὸ ὡς ὅτι μάλιστα ὀλίγον εἰς ἀριθμὸν διώκειν.

II. Infinitivus cum articulo τὸ objecti loco positus.

Infinitivi objecti loco usurpati 268 exempla inveni. Sed quum jure monuerit Birklein (p. 97), infinitivum objecti instar cum quovis transitivo verbo conjungi posse, cui rei etiam exempla, quæ collegit Weiske (Der Gebrauch des substantivirten Infinitivs im Griechischen, Fleckeisens Jahrb. 126. 1873 p. 495), documento sunt, non nisi ea affero, quæ vel Plotinianæ elocutionis propria vel alia ex parte commemoratu digna sint.

ἔχειν cum sequente infinitivo cum articulo conjuncto sæpissime in Enneadibus occurrit. (91 exempla exstant.) Quæ locutio eadem fere ratione qua verbam εἶναι cum adjectivo vel finita verbi forma usurpatur. Illa tamen id, quod infinitivo enuntiatur, per se ac quasi sui juris esse magis exprimitur. Quare ἔχειν τὸ c. inf. vertenda sunt *'hafva den egenskapen att'* ut I. 6. 1 (44. 26) τὰ δὲ μέρη οὐχ ἕξει τὸ καλὰ εἶναι. I. 8. 5 (61. 8). 8. 6 (63. 16). Objecti vice sæpissime fungitur infinitivi forma τὸ εἶναι. — Paucis locis ἔχειν vertendum est *'innebära'*, *'innefatta'* ut VI. 2. 5 (268. 7) τὸ εἶναι ψυχῇ μετὰ τοῦ εἶναι ἔχει τὸ ψυχῇ εἶναι.

δίδωμι cum infinitivo attribuendi vel dandi significatione haud raro usurpatur ut II. 9. 11 (148. 2) εἰ μὴ τῷ ἐννοήματι δώσει τὸ ποιεῖν (sc. ἡ ψυχή). II. 9. 9 (146. 3) οὐχ αὐτῷ διδοὺς τὸ δύνασθαι.

---

[1] Cfr pag. 35 et 57.

χορηγέω, quod verbum apud atticos intransitivum est, apud posteros transitiva vi usurpatum *dandi* significationem habet[1], apud Plotinum his locis usu venit I. 1. 6 (7. 15) V. 1. 2 (142. 18) ὅταν ψυχὴ χορηγῇ τὸζῆν.

κατηγορέω significatu *'utsäga något om någon'* (Cfr Pape Lex. vb. κατηγορέω) occurrit III. 7. 2 (246. 8) εἶτα τοῦ μὲν αἰῶνος κατηγοροῦμεν τὸ μένειν ἐν ἑνί.

ἐνεργέω (Cfr Krebs l. c. p. 21) infinitivum regit III. 6. 4 (224. 2) τοῦ πέμποντος οὐκέτι ἐνεργοῦντὸς τὸ πέμπειν.

Negativa particula μή apud atticos nonnullis locis post verba negativi significatus ad infinitivum superfluit. Quod apud Plotinum non usu venit. Cujus rei causa est, quod infinitivus substantivi naturam magis accepit ob eamque rem objecti loco re vera habetur. Exempla hæc affero: II. 4. 15 (116. 16) εἴδωλον πεφευγὸς τὸ εἶναι τὸ ἀληθές. Ibid. l. 20. ἐκφεύγω III. 2. 5 (176. 11) cet. (Cfr genetivum post verba impediendi.)

Infinitivus appositionis instar accusativum, qui usurpatur objecti loco, sequitur VI. 1. 19 (251. 20) πεποίηκεν ἄλλο, τὸ λυπεῖσθαι.

III. Infinitivus cum articulo conjunctus prædicati ad objectum spectantis loco usurpatus neque apud scriptores classicos qui vocantur neque apud Polybium exstat. Primum igitur apud Plotinum invenitur et his quidem locis I. 4. 2 (25. 23) εἰ δὲ ἀγαθὸν μὲν (λέγουσιν) τὸ πάθος καὶ τὴν τοιάνδε κατάστασιν τὸ εὖ ζῆν. III. 6. 9 (230. 30). VI. 3. 27 (314. 30).

IV. Prædicati ad subjectum spectantis loco scriptores attici infinitivum raro posuerunt. Behrendt (p. 6) quatuor apud Thucydidem exempla commemorat. In Enneadibus 58 exempla inveni quorum hæc affero, II. 9. 18 (157. 22) ἔστι δὲ τοῦτο τὸ μὴ κρούειν μηδὲ ὑπακούειν τοῖς ἔξωθεν προσπίπτουσιν ἡδέσιν κτλ. Accusativus cum infinitivo: IV. 3. 8 (16. 18) τοῦτο δὲ (sc. ἐστί) τὸ τὴν μὲν ἑνοῦσθαι

---

[1] Cfr Krebs: Zur Rection der Casus in der späteren historischen Gräcität, München 1887, Zweites Heft, p. 27.

ἐνεργείᾳ, τὴν δὲ ἐν γνώσει, τὴν δὲ ἐν ὀρέξει, καὶ ἐν τῷ ἄλλην, ἄλλα βλέπειν καὶ ἅπερ βλέπει εἶναι καὶ γίνεσθαι.

Huc etiam referenda sunt quæ leguntur VI. 2. 18 (280. 18) εἰ δὲ πρὸς ἡμᾶς τοὺς ὁρῶντας τὸ τοιόνδε πάθος ποιεῖν ἐστι (sc. τὸ καλόν). HFM qui τῷ τοιόνδε κτλ. scripsit, hoc modo vertit: *Wenn es darin besteht, dass es auf uns die Sehenden einen solchen Eindruck macht.* Quæ versio non mihi displicet, sed cur scriptor noster dativo usus sit, quum difficillimum sit explicare τὸ scribendum mihi videtur; quam scripturam præbent codd. Cizensis et Vaticanus. (Creuzer II p. 1121.)

V. De infinitivo cum articulo accusativi respiciendi loco posito vide Birklein p. 97. Hewlett p. 277. Apud Plotinum hæc exempla inveni VI. 3. 24 (312. 14) εἰ τὸ ἄνω φέρεσθαι τῷ κάτω ἐναντίον, πῶς ἡ διαφορά, οἷον τὸ ὑπὲρ κεφαλῆς καὶ ὑπὸ πόδας ῥίπτειν. IV. 7. 11 (115. 15). V. 9. 6 (222. 31). VI. 8. 15 (434. 3).

B. *Infinitivus cum articulo τοῦ conjunctus.*

Infinitivi cum τοῦ articulo conjuncti 197 exempla inveni. Sæpius igitur, si medium numerum respicimus, apud scriptorem nostrum quam apud Thucydidem, rarius quam apud Demosthenem et toties fere quoties apud Platonem, Xenophontem et Polybium occurrit. Cfr Birklein pp. 53. 67. 77. 88. Hewlett p. 278.

I. Infinitivus cum substantivis conjunctus.

In hoc infinitivo post substantiva usurpando Plotinus ab Atticorum consuetudine non discessit. Si quæ substantiva, quibuscum apud classicos qui vocantur infinitivus numquam conjunctus est, apud Plotinum infinitivum regunt, hoc aut forte factum est, aut post substantiva usu venit, quæ in atticorum sermone aut omnino non aut rarissime usurpantur. Tribus et centum locis infinitivus cum articulo conjunctus sequitur. Solus autem infinitivus non tam sæpe post substantiva invenitur. (Cfr supra p. 9).

Sæpissime locutiones δύναμις τοῦ et αἰτία τοῦ occurrunt. Jam ad exempla enumeranda transeo:

αἰτία I. 1. 6 (7. 17) αἰτίαν τοῦ ζῆν. 8. 5 (60. 30) αἰτία τοῦ ὁρᾶν καὶ συνεῖναι τῷ σκότει. 3. 2. (89. 14) ibid. l. 7. III. 6. 15 (238. 32). 7. 6 (251. 15). IV. 8. 5 (130. 1). V. 1. 2 (143. 21). VI. 7. 2 (373. 8). 7. 37 (410. 1). 9. 6 (449. 26). Accusativus cum infinitivo II. 1. 5 (80. 6) ἡ γὰρ ἄλλη ψυχὴ τοῦ εὖ εἶναι, οὐ τοῦ εἶναι (sc. ἡμᾶς) αἰτία I. 8. 14 (70. 21). III. 6. 13 (235. 18).

ἀδυναμία III. 2. 4 (175. 5) ἀδυναμίᾳ τοῦ τυχεῖν σφαλλόμενοι. III. 6. 4 (223. 33). IV. 6. 3 (103. 22). VI. 8. 8 (424. 12). 8. 21 (439. 33).

ὁ αἴτιος V. 1. 5 (146. 7) ὁ αἴτιος τοῦ καὶ εἶναι καὶ πολὺν εἶναι τοῦτον. III. 2. 3 (173. 6).

τὸ αἴτιον III. 6. 15 (238. 15) τὸ αἴτιον τοῦ ἐφ' αὑτῆς μένειν (sc. τὴν φύσιν).

τὰ αἴτια III. 6. 4 (224. 20) τὰ ἄ. τοῦ κινῆσαι.

αἵρεσις II.9. 15 (152. 7) δυεῖν γὰρ οὐσῶν ἁ. τοῦ τυχεῖν τοῦ τέλους, μιᾶς μὲν κτλ.

ἀρχή I. 9. 1 (72. 11) ἀ. τοῦ ληρεῖν. III. 6. 3 (222. 23) V. 5. 11 (191. 25).

ἀνάγκη V. 1. 6 (146. 25) τὴν ἀ. τοῦ εἶναι ταῦτα ἡ ψυχὴ ἔχει. V. 8. 12 (216. 28).

τὸ ἀμυδρόν VI. 3. 7 (293. 8) τῷ ἀμυδρῷ τοῦ εἶναι.

ἀπόστασις VI. 9. 4 (445. 18) πάσχει ἡ ψυχὴ τοῦ ἓν εἶναι τὴν ἀπόστασιν.

αἴσθησις IV. 7. 7 (111. 9) ἐκ τῆς τοῦ ἀλγεῖν ἀ. ibid. l. 12.

βούλησις V. 2. 2 (155. 23) β. τοῦ νοεῖν ἢ ὅλως κινεῖσθαι.

γένεσις IV. 4. 18 (57. 3) τὴν γ. — τοῦ ἀλγεῖν.

γνῶσις IV. 4. 22 (61. 9) ἡ τοῦ φρονεῖν — γ.[1]

δύναμις I. 1. 7 (8. 6) τὴν δὲ τῆς ψυχῆς τοῦ αἰσθάνεσθαι δύναμιν. II. 3. 13 (198. 3). 6. 3 (126. 2) III. 2. 2 (172. 6). 5. 2 (210. 9). 6. 2 (221. 7). 6. 19 (244. 5) IV. 3. 23 (32. 2). 3. 24 (33. 14). 8. 2 (126. 9). V. 6. 4 (197. 31) 2. 2 (155. 20). VI. 3. 23 (311. 33). 7. 40 (412. 21).

[1] Cur HFM γνῶσις hic deleverit, non intelligo.

διαφορά V. 3. 2 (158. 4) τίς ἡ δ. τοῦ νοεῖν ἑαυτό.

δόξα I. 1. 5 (6. 28) δόξης τοῦ ὀλιγωρεῖσθαι γενομένης V. 3. 1 (15. 1).

ἔφεσις III. 2. 17 (189. 10) ἡ τοῦ ζῆν ἔφεσις III. 4. 2 (202. 5).

ἐνέργεια II. 5. 3 (120. 30) ἐ. τοῦ νοεῖν. VI. 2. 7 (270. 6).

ἐπιθυμία III. 5. 1 (208. 5) καὶ ἄλλη τοῦ ἀθάνατον εἶναι ὡς ἐν θνητῷ ἐπιθυμία. IV. 4. 28 (66. 21).

ἕδρα III. 7. 4 (248. 5) ἐκ τῆς τοῦ εἶναι ἕδρας.

εἱμαρμένη IV. 3. 13 (23. 13) ἑ. ἔχει τὴν τοῦ μένειν ἐκεῖ.

εἶδος V. 6. 6 (199. 11) τὸ εἶναι, ὅταν εἶδος τοῦ νοεῖν καὶ ζῆν λάβῃ.

ἐξήγησις III. 7. 5 (249. 24) ἐξήγησις ἂν εἴη τοῦ ἄπειρον ἤδη εἶναι (sc. τὸν αἰῶνα).

ζήτησις I. 4. 6 (30. 19). VI. 8. 11 (427. 31) ζ. τοῦ εἶναι.

θέλησις VI. 8. 13 (430. 30) ἡ θ. τοῦ οἷον τοιοῦτον εἶναι.

κίνησις VI. 1. 22 (254. 17) ἡ ἀπόλυτος κίνησις, οἷον τοῦ βαδίζειν.

λογισμός III. 2. 2. (172. 3) λογισμῷ τοῦ δεῖν γενέσθαι.

λόγος III. 2. 17 (191. 3) κατὰ λόγον τοῦ φθέγγεσθαι.

μνήμη I. 5. 1 (39. 20) μ. τοῦ εὐδαιμονῆσαι.

μαρτύριον IV. 4. 28 (67. 32) μαρτύριον δὲ τοῦ ὁμοούσιον εἶναι τοῦτο τῷ ἑτέρῳ ἴχνει ψυχῆς κτλ. I. 4. 4 (28. 31). IV. 5. 3 (91. 21). VI. 7. 24 (396. 4).

τὸ ὁμώνυμον VI. 2. 7 (269. 13) τῇ σκιᾷ καὶ τῷ ὁμωνύμῳ τοῦ εἶναι.

πίστις VI. 3. 10 (296. 17) ἡ πίστις τοῦ εἶναι παρὰ τῆς αἰσθήσεως αὐτοῖς.

παρακέλευσις V. 1. 10 (152. 31) ἡ παρακέλευσις τοῦ χωρίζειν.

προαίρεσις III. 3. 3 (194. 32) μετρήσαντος αὐτοῦ προαιρέσει τοῦ μὴ δεῖν πάντα ἴσα.

πηγή VI. 8. 14 (432. 21) πηγὴ τοῦ εἶναι.

σημεῖον III. 8. 2 (256. 13) σ. οὐ μικρὸν τοῦ ἐν τοῖς ζῴοις τοὺς λόγους εἶναι. IV. 3. 7 (15. 23).

σκιά. V. 6. 6 (199. 9) δεῖ — οὐσίαν οὐκ εἶναι τοῦ εἶναι σκιάν.

τρόπος II. 3. 4 (90. 24) τίς τ. τοῦ ποιεῖν; VI. 1. 23 (255. 2). 4. 1 (316. 22). 9. 11 (455. 16). III. 2. 1 (170. 16).

τὸ τρανόν VI. 6. 18 (368. 28) τὸ τ. ἔχουσα — τοῦ ζῆν.

τεκμήριον III. 2. 15 (187. 11) τ. τοῦ κακὰ εἶναι IV. 4. 29 (68. 30).

τὸ τέλειον V. 6. 6 (199. 8) τὸ τ. τοῦ εἶναι παρ' αὐτῶν ἔχει.

ὑπόνοια VI. 1. 7 (238. 2) ἡ ὑ. τοῦ μηδὲν εἶναι ἐν τοῖς τοιούτοις.

φόβος II. 4. 10 (111. 9) φόβῳ τοῦ ἔξω τῶν ὄντων εἶναι. V. 8. 11 (215. 5).

χωρηγία V. 1. 2 (142. 20) τίς δὲ τρόπος τῆς χ. τοῦ ζῆν; VI. 2. 7 (269. 15).

χρόνος IV. 4. 5 (45. 23) ποῖος χ. ἔσται τοῦ μνημονεύειν;

χώρα III. 3. 2 (194. 8) ἵνα — ἔχῃ χ. τοῦ τεθῆναι εὖ.

χρεία III. 1. 6 (167. 30) ἄλλην χ. τὴν τοῦ εἰς αὐτὰ ὥσπερ γράμματα βλέποντας — ἀναγινώσκειν III. 6. 11 (232. 25).

ὠδίς III. 8. 7 (270. 29) ὠ. τοῦ πόλλα ποιεῖν εἴδη.

II. Infinitivus cum articulo conjunctus, qui ab adjectivis pendet.

Infinitivus cum articulo conjunctus ut apud atticos, sic etiam apud Plotinum non multa adjecta sequitur. Plurimos infinitivos post adjectiva αἴτιος et κύριος invenimus. Ad quæ conferas, quod substantiva αἰτία et δύναμις, quæ simili significatu sunt, sæpe infinitivum regunt.

De structuris adjectivi αἴτιος disseruit Kühner p. 582 Quarum apud Plotinum infinitivus τοῦ articulo addito cum dativo personæ sæpissime invenitur. Etiam accusativus cum infinitivo cum τοῦ articulo conjunctus occurrit. Nusquam solus infinitivus exstat.

Ceterorum adjectivorum, quæ infinitivus cum τοῦ articulo sequitur, nulla nisi ἄξιος, ἱκανός, κύριος cum solo infinitivo conjunguntur[1]. Exempla hæc sunt:

---

[1] Cfr pag. 10.

αἴτιος I. 6. 7 (51. 13) ζωῆς γὰρ αἴτιον καὶ — τοῦ εἶναι (sc. τὸ ἀγαθὸν) III. 1. 10 (170. 2) V. 1. 4 (145. 19) τοῦ δὲ νοεῖν ἄλλο αἴτιον, ὃ καὶ τῷ ὄντι. Dativus substantivi exstat VI. 7. 16 (389. 2) (ὁ ἥλιος) τοῦ ὁρᾶσθαι τοῖς αἰσθητοῖς καὶ τοῦ γίνεσθαι αἴτιος ὤν. Idem occurrit V. 5. 7 (187. 27) VI. 7. 2 (372. 16). 7. 42 (415. 11) III. 5. 1 (207. 31). 6. 6 (226. 2). At contra acc. cum inf. VI. 1. 9 (239. 25) VI. 2. 6 (268. 32) III. 7. 13 (261. 28). VI. 7. 16 (388. 32).

ἀμφίβολον IV. 4. 10 (50. 2) εἰς ἀμφίβολον τοῦ πράττειν ἐν λογισμοῖς ἰούσῃ.

ἄμοιρος IV. 7. 5 (108. 10) ἀμοίρῳ τοῦ αὔξειν.

ἄξιος V. 1. 2 (142. 22) ψυχὴ οὐ σμικρὰ ἀ. τοῦ σκοπεῖν.

ἐμπόδιος IV. 5. 3 (91. 17) τὸ γὰρ σκοτεινὸν ἐμπόδιον ὂν τοῦ ὁρᾶν.

κύριος I. 4. 16 (39. 8) κύριος — τοῦ βουλεύσασθαι III. 3. 3 (194. 14). VI. 8. 1 (416. 34) οἷον εἰ κύριός ἦν τοῦ ἀποκτεῖναι. VI. 8. 5 (420. 13). 8. 12 (428. 31).

συνεργός IV. 5. 1 (89. 4) συνεργὰ τοῦ ὁρᾶν.

III. Infinitivus cum articulo τοῦ conjunctus, qui a verbis pendet.

Hujus infinitivi apud Plotinum 52 exempla exstant. Verba, quæ infinitivus præsertim sequitur, ea sunt, quæ genetivum partitivum vel separativum regant.

δέω et medium δέομαι egendi significatione usurpata cum genetivo infinitivi a Plotino sæpe conjunguntur. Qua consuetudine attici rarissime usi sunt. Weiske quidem nullum exemplum affert. Sed apud scriptorem nostrum haud raro exstat.

τοσοῦτον ἀπέχω cum genetivo infinitivi atticorum nemo nisi Isokrates et Demosthenes usurpavit. Birklein p. 62. Apud Plotinum semel occurrit.

Objecti loco genetivus infinitivi bis tantum usurpatum inveni (ad καταφρονεῖν et ἐφίεμαι).

Animadvertendum est, particulam negativam, quæ post verba impediendi, prohibendi significatione ad infinitivum

superfluere solet (Cfr Birklein p. 98), apud Plotinum nusquam exstare.

Exempla hæc sunt:

ἀπάγειν II. 1. 7 (82. 27) ἀπάγων ἡμᾶς τοῦ ἄλλο τι νομίζειν.

ἀποστερίσκω II. 9. 1 (135. 10) ἀ. τὴν ψυχὴν τοῦ νοεῖν. IV. 3. 10 (20. 4) V. 8. 9 (213. 4).

ἄπειμι III. 7. 8 (252. 18) πολὺ μᾶλλον ἂν ἀπείη τοῦ χρόνος εἶναι.

ἀποστατέω III. 6. 6 (225. 34) ὃ μηδὲν ἀποστατεῖ τοῦ εἶναι.

ἀπαλλάττω III. 7. 1 (244. 20) ἀπαλλαττόμεθα τοῦ ζητεῖν VI. 7. 9 (380. 24) (bis).

ἀπέχω I. 4. 16 (39. 14) τοῦ εἰς λύραν ἐνεργεῖν ἀφέξεται. VI. 8. 15 (434. 9) τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ τύχῃ συμβῆναι.

ἀφίστημι II. 9. 6 (139. 20) ἀφεστηκότες τοῦ εἰδέναι, τίς ὁ δημιουργός. IV. 2. 1 (5. 33). 7. 20 (123. 23). V. 5. 6 (186. 32). 8. 7 (210. 23). VI. 4. 12 (329. 33). 6. 5 (352. 11).

ἀφαιρέω VI. 1. 17 (249. 6) ἡ ἐνέργεια καὶ ἡ κίνησις καὶ ἡ ἕξις — οὐκ ἀφῄρηται τοῦ πρὸς τοῦ πρός τι εἶναι κτλ. VI. 2. 7 (269. 15).

ἀπολαύω II. 9. 3 (136. 3) (ἡ ψυχὴ) ἀπολαύει τοῦ ζῆν.

δέω IV. 4. 12 (51. 18) τί δεῖ τοῦ λογίζεσθαι καὶ τοῦ τὰ παρεληλυθότα πρὸς τὰ παρόντα συμβάλλειν; V. 3. 10 (167. 23). 3. 12 (171. 23) δεόμενον οὐδενὸς οὐδὲ τοῦ γινώσκειν. V. 3. 13 (172. 6) ibid. 1. 14. II. 1. 2 (77. 11). V. 6. 2 (196. 13). 6. 4 (197. 13). VI. 5. 3 (337. 27). 8. 19 (438. 20).

διαφέρω VI. 1. 21 (253. 9) τί οὖν διαφέρει (sc. ἐκεῖνο) τοῦ πεπλῆχθαι ἢ ὠσθέντα κατενεχθῆναι.

ἐκπίπτω II. 6. 3 (126. 27) ταὐτὸν ἐκπεσὸν τοῦ ἐνέργεια καὶ εἶδος εἶναι.

ἐκβαίνω II. 5. 5 (122. 24) ἐκβεβηκὸς τοῦ ἀληθῶς εἶναι. VI. 9. 4 (455. 22).

ἐλλείπω I. 4. 3 (27. 28) ὃ μηδενὶ τοῦ ζῆν ἐλλείπει.

ἐφίεμαι VI. 7. 20 (393. 19) ζωῆς ἐφίεται καὶ τοῦ ἀεὶ εἶναι καὶ ἐνεργεῖν. I. 5. 2 (39. 23).

καταφρονεῖν VI. 7. 35 (407. 3) οὕτω δὲ διάκειται τότε, ὡς καὶ τοῦ νοεῖν καταφρονεῖν.

μετέχω II. 4. 7 (108. 1) μετέχει τὸ μῖγμα τοῦ εἶναι. III. 2. 3 (174. 9). VI. 5. 10 (344. 2).

μεταλαμβάνω IV. 3. 9 (18. 30) τοῦ εἶναι δυνατὸν ἦν αὐτῷ μεταλαμβάνειν.

μεταδίδωμι I. 4. 1 (24. 17) ταύτῃ ἂν αὐτοῖς μεταδοίημεν τοῦ εὐδαιμονεῖν. VI. 9. 2 (442. 14).

παύω III. 4. 3 (203. 1) παυσάμενον τοῦ ζῆν.

στερίσκομαι V. 8. 9 (213. 5) ἡ οὐσία τοῦ καλὸν εἶναι ἐστερημένη.

τυγχάνω VI. 6. 5 (352. 21) ἵνα καὶ ἄνθρωπος — τύχῃ τοῦ ἓν εἶναι.

χωρίζω VI. 2. 7 (269. 11) Ὅρα — σαφῶς τοῦ εἶναι τὴν κίνησιν χωριζομένην. ibid. (l. 17) (bis).

IV. Genetivus infinitivi aliis modis usurpatus.

1. Infinitivus cum articulo τοῦ genetivi criminis loco apud Atticos raro ponebatur (cfr Weiske p. 499). Ad αἰτιᾶσθαι Demosthenes, Plato, Xenophon, Isokrates infinitivum paucis locis ita usurparunt. Apud Plotinum hæc exempla inveniuntur: II. 8. 2 (133. 3) τοῦ ἔλαττον πολλῷ ἢ ἐστὶ φαίνεσθαι πῶς ἂν ἐλάττωσιν γωνίας αἰτιῷτο (III. 2. 1 (170. 12).

2. Genetivus partitivus, qui apud classicos, qui vocantur, raro exstat, a scriptore nostro semel usurpatur: VI. 1. 22 (254. 11) ὅσα τοῦ ποιεῖν πρὸς τὸ πάσχειν.

3. Genetivus comparationis, de quo conferas Birklein p. 69 et 78 et Weiske p. 501, his locis occurrit: V. 6. 6 (199. 25) κρεῖττον γάρ τι καὶ μεῖζον δίδωσιν αὐτοῖς τοῦ εἰδέναι αὐτά. VI. 8. 9 (426. 18) 8. 14 (43. 11). II. 4. 8 (109. 19). III. 2. 15 (186. 12).

4. Quanta libertate infinitivum cum articulo conjunctum Plotinus usurpaverit, etiam ex eo apparet, quod genetivus infinitivi subjecti loco in genetivi absoluti structura haud raro usurpatur. Atticorum ii tantum hac consuetudine usi sunt, apud quos inf. cum articulo maxime variis modis usurpatur. Exempla hæc sunt:

I. 4. 3 (27. 23) ὁμωνύμως τοῦ ζῆν λεγομένου. I. 4. 9 (34. 8). 5. 1 (39. 18). 6. 1 (44. 13). II. 1. 4 (79. 5). IV. 5. 1 (88. 18). VI. 1. 20 (252. 24). 1. 24 (255. 29). 7. 9 (380. 5). 7. 37 (409. 15).

Commonendum videtur, genetivum infinitivi finali sensu a scriptore nostro non usurpari.

C. *Infinitivus cum articulo* τῷ *conjunctus.*

In dativo infinitivi usurpando ab atticorum ratione Plotinus non abcessit (Cfr Weiske p. 502). Dativus quum ab adjectivis et ab adverbiis et a verbis pendet tum maxime dativus causæ est. Dativi instrumenti, limitationis, modique raro exstant. Appositionis loco ad dativum hic infinitivus raro positus est.

Exempla 269 exstant. Quum ex aliis tum ex hoc tanto numero apparet, Plotinum pro enuntiatis secundariis infinitivo cum articulo conjuncto uti amasse. Ut enim, ut hoc afferam, pro sententiis finalibus infinitivum a præpositionibus pendentem sæpe usurpavit, sic etiam dativum infinitivi pro sententiis causalibus posuit. Jam vero ad exempla enumeranda transeo:

I. Ab adjectivis vel ab adverbiis pendens.

Sæpissime occurrit ταὐτόν cum dativo. II. 5. 1 (117. 29) ἆρα τὸ αὐτὸ τῷ ἐνεργείᾳ εἶναι ἡ ἐνέργεια; III. 6. 11 (233. 19). IV. 4. 12 (51. 2). 7. 8 (112. 10). VI. 3. 5 (290. 30 et 31). 6. 6 (353. 22). 6. 14 (363. 5). 8. 14 (431. 31). II. 1. 5 (79. 23).

ὁμοῦ II. 4. 11 (112. 2) δεῖ ὄγκον — ὁμοῦ τῷ γενέσθαι ὄγκον καὶ τὴν ἄλλην ποιότητα δέχεσθαι. σύμφονος I. 6. 1 (45. 11) ὅμοιος II. 4. 13 (114. 20). ἀκόλουθον IV. 4. 23 (62. 21) ἀντιτεταγμένως V. 3. 15 (174. 24).

II. A verbis pendens.

σχολάζω III. 6. 2 (221. 32) τὸ δ' ὁρῶν — σχολάζον τῷ ὁρᾶν. ἀκολουθεῖν IV. 4. 24 (64. 9) προσλαμβάνω IV. 8. 3 (127. 29). παρέχω V. 5. 4 (184. 32) ἀντιτίθημι VI. 1. 19 (251. 12 et 24).

III. Dativus limitationis.

IV. 3. 9 (18. 29) ἐπιμελείας ὠφελίμου μὲν ἑαυτῷ τῷ εἶναι καὶ τῷ καλῷ.

IV. Dativus instrumenti.

VI. 9. 2 (442. 21) ψυχῆς ἐνέργημα τῷ ἀριθμεῖν ἐπεξιούσης. VI. 9. 5 (447. 27). V. 3. 15 (174. 7). VI. 4. 10 (328. 9).

V. Medium quoddam inter dativum causæ et dativum modi præbet IV. 5. 5 (94. 10) συγχωρητέον, — τοῦ ἀέρος τὴν κίνησιν — τῷ τὸν μέχρι ἀκοῆς ἀέρα πάσχειν τὸ αὐτό, οὕτως εἰς αἴσθησιν ἀφικνεῖσθαι.

VI. Appositionis loco ad pronomen usurpatus dativus bis exstat III. 5. 2 (209. 22) αὐτὴν τούτῳ ᾐνίττοντο, τῷ ἀμήτορα εἶναι. II. 1. 1 (75. 12).

VII. Dativus causæ.

Omnia exempla hoc loco enumerare quum nihil attineat, duo tantum affero, quæ digna videntur, quæ separatim tractem: III. 6. 17 (241. 8) ἕκαστα ἕλκεται ἐπὶ πάντα οὐ βίᾳ τῷ ὕλῃ τὸ πᾶν εἶναι. HFM codicum scripturam retinens ὕλῃ scripsit; "fortasse scripsit ὕλην" animadvertens, ad codicum scripturam defendendam affert p. 236. 8 (ἡ ὕλη) ἀπόλεσε τὸ ἑτέρα εἶναι. Sed hic locus illi non similis est. Ea consuetudo, qua hoc loco scriptor usus est etiam aliis locis apparet (cfr supra p. 58). Sed fieri non potest, ut vocabula, in accusativi cum infinitivo structura prædicati loco usurpata nominativo utantur.

Huc refero etiam, quæ exstant III. 8. 10 (275. 8) ἔστι μὲν μηδὲν τούτων, ὧν ἐστιν ἀρχὴ — τὸ ὑπὲρ πάντα εἶναι. HFM codicum scripturam τό servat, quæ vix ullam sententiam præbet. Verisimile est, Plotinum hoc loco τῷ scripsisse.

D. *Infinitivus cum articulo a præpositionibus pendens.*

Usum infinitivi a præpositionibus pendentis si cum usu atticorum comparamus, facile apparet, quam variis modis

hunc infinitivum Plotinus usurpaverit. Omnes structuræ, quæ quidem apud atticos sæpius occurrunt, a scriptore nostro usurpatæ sunt. Desunt πόρρω, μεταξύ, ἄχρι, χωρίς, πλήν, quæ apud atticos raro inveniuntur. Apud Plotinum hæc nova occurrunt: παρά et ἐπέκεινα cum genetivo, ὑπέρ cum accusativo.

Infinitivo a præpositionibus pendente breviloquentiæ causa pro sententiis secundariis Plotinus nonnumquam usus est. Sæpissime hoc modo exprimuntur sententiæ finales (cfr εἰς, πρός, ἐπί), temporales (cfr ἐν), causales (cfr ἐκ, διά, παρά, χάριν). Locutiones, quæ philosophiæ propriæ sunt, etiam hoc modo formantur (cfr εἰς, κατά).

I. Præpositiones cum genetivo conjunctæ.

περί cum genetivo apud Plotinum raro exstat (cfr Birklein p. 70 et 80, Hewlett p. 443). Quinque tantum exempla sunt, quorum in tribus περί eadem significatione qua περί cum accusativo, i. e., *quod ad aliquam rem attinet,* usurpatur: I. 2. 1 (13. 11) (ἔχειν) δικαιοσύνην — περὶ καὶ τοῦ ἄρχεσθαι (cfr l. 9 περὶ cum accusativo eadem significatione) IV. 6. 3 (103. 29). VI. 1. 23 (255. 1). Ceteris locis ad verbum sentiendi vel dicendi usurpatum significat *de,* nostra lingua *om, angående.* IV. 5. 1 (88. 28) (ζητεῖν) περὶ τοῦ ὁρᾶν. IV. 5. 5 (94. 10).

ὑπέρ. De usu præpositionis ὑπέρ cum genetivo inf. vide Birklein p. 105. Apud Polybium aut finali sensu usurpatur hæc præpositio aut idem significat quod περί cum accusativo (Hewlett p. 445). Apud Plotinum unum tantum exemplum exstat atque id finali sensu IV. 4. 44 (85. 28) καὶ αἱ μὲν (πράξεις) γινόμεναι ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν.

ἐκ cum genetivo infinitivi, quam præpositionem Thucydides primus cum infinitivo conjunxit, a solutæ orationis scriptoribus atticis sæpe usurpatum est, ut indicarent, e quo inciperet vel oreretur aliquid, aut ut causam exprimerent (cfr Birklein p. 57, 105). Apud Polybium quum ea, quæ nominavi, tum *e statu quodam* significat, cui significationi affinis est ea, qua *adjumentum* significat, nostra lingua *medelst* (cfr Kühner p. 399). Apud scriptorem nostrum ad causam

vel ad rationem exprimendam maxime valet, ut II. 9. 4 (136. 34) τί γὰρ ἂν ἑαυτῇ καὶ ἐλογίζετο γενέσθαι ἐκ τοῦ κοσμοποιῆσαι; IV. 3. 26 (35. 18) εἰ μή τις τεκμαίροιτο — ἐκ τοῦ — ἐπιλήσμονας ἡμᾶς γίνεσθαι. Exstant 21 exempla. Adjumentum significat II. 9. 6 (140. 15) οὐ τὴν εὐδοκίμησιν θηρωμένους ἐκ τοῦ ἄνδρας κεκριμένους — ἀγαθοὺς εἶναι ψέγειν. De statu, e quo egreditur aliquid, usurpatur VI. 3. 8 (294. 5) τὰ ποιοῦντα ἐκ τοῦ μόνον οὐσίαν εἶναι ποιὰν οὐσίαν εἶναι.

πρό cum infinitivo apud classicos, qui vocantur, pæne non nisi temporali sensu eadem significatione qua πρίν cum infinitivo (cfr pag. 15) usurpatur. Rarissime ad præstantiam quandam significandam usurpatur. Apud Polybium priore tantum significatione occurrit (Hewlett p. 447). Exemplorum, quæ apud Plotinum inveniuntur, undeviginti temporalem significatum præbent. Hæc affero: I. 1. 3 (5. 5) πρὸ τοῦ χωρίσαι αὐτὸ πῶς εἶχεν; II. 6. 2 (125. 5) δεῖ τοίνυν ἐπὶ τῆς ποιᾶς οὐσίας τὴν οὐσίαν πρὸ τοῦ ποιὰν εἶναι καὶ τὸ τί ἐστι (sc. εἶναι). πρό *super* significat: VI. 7. 9 (380. 3), ὧδε γὰρ ἴσως λογικός, ἐκεῖ δὲ ὁ πρὸ τοῦ λογίζεσθαι (discursione superior. Fic.).

χάριν cum infinitivo prosæ orationis scriptorum atticorum nemo nisi Plato usurpavit. Apud Polybium autem sæpissime occurrit (Birklein p. 106, Hewlett 447 sq.). Plotinus hanc præpositionem cum infinitivo semel conjunxit: II. 7. 1 (127. 29) τοῦ διιέναι τοὺς ἱδρῶτας χάριν.

ἕνεκα cum genetivo infinitivi apud Demosthenem, Xenophontem Platonemque aut finali aut causali sensu usurpatur. Polybius multo sæpius χάριν, quod eadem vi est, usurpavit. Apud scriptorem nostrum semel finali sensu apparet IV. 4. 24 (64. 9) ἔστω μὴ — ἕνεκα τοῦ ὁρᾶν γεγονέναι.

ἔξω cum genetivo infinitivi apud classicos, qui vocantur, raro exstat. Præpositione *præter* reddendum est (Birklein p. 106). Polybius hac præpositione cum infinitivo conjuncta bis in locutione ἔξω τοῦ φρονεῖν γενέσθαι usus est. (Hewlett p. 451). Apud Plotinum ad verba εἶναι, γίνεσθαι, ποιεῖν his locis usurpatur: II. 9. 16 (154. 18) ὅ γε — παραβάλλων οὐκ ἔξω ἂν τοῦ ἀσεβεῖν γένοιτο (impietate alienus Fic.); IV. 3.

2 (9. 24) (τὴν ψυχὴν) ἔξω ποιοῦσι τοῦ μέρος εἶναι. I. 6. 1 (44. 32). VI. 8. 15 (433. 20).

ἄνευ. Classicorum, quos vocant, nemo nisi Demosthenes, Xenophon, Plato ἄνευ cum infinitivo conjunxit. In scriptis Polybii semel occurrit. Apud Plotinum septem exempla exstant, quorum hæc affero: III. 2. 2 (172. 7) ἄνευ τοῦ ζητεῖν ποιῆσαι. III. 6. 9 (230. 4) τὸ δ' οἷον ποιεῖν βέλτιον ἢ χεῖρον ἄνευ τοῦ πάσχειν ἐκεῖνο.

ἐπί cum genetivo infinitivi conjunctum atticorum Demosthenes tantum et Plato usurpavit (Birklein p. 105). Apud Polybium hic usus deest. Plotinus septem locis hac præpositione cum infinitivo usus est, quorum hæc affero: VI. 1. 30 (262. 11) ἴσως δ'ἂν μόνον ἁρμόσει ἐπὶ τοῦ κεῖσθαι τό πως ἔχον καὶ ἐπὶ τοῦ ἔχειν. ἐπὶ δὲ τοῦ ἔχειν κτλ. IV. 5. 2 (91. 11). VI. 1. 7 (237. 23). 1. 19 (251. 6).

μετά. Hujus præpositionis cum infinitivo conjunctæ 13 exempla inveni. Apud Demosthenem et Platonem rarissime exstat (Birklein p. 80). Exemplum hoc affero: I. 4. 15 (38. 22) φίλος ἂν εἴη μετὰ τοῦ νοῦν ἔχειν cet.

ἀπό cum genetivo infinitivi apud classicos, qui vocantur, causam vel id, ex quo oriatur aliquid, significare solet[1]. Cujus significatus apud Plotinum hæc inveni exempla: VI. 1. 21 (253. 24) καλλίων ὁ χαλκὸς ἀπὸ τοῦ θερμαίνεσθαι. 1. 22 (253. 31). 1. 13 (246. 13). Præterea a scriptore nostro ad verba separandi usurpatur, ut II. 9. 1 (135. 4) τῇ ἐπινοίᾳ χωριζούσῃ τὸ νοεῖν ἀπὸ τοῦ νοεῖν, ὅτι νοεῖ. VI. 8. 1 (117. 8).

μέχρι. De hujus præpositionis usu cfr Birklein p. 105. Apud Plotinum eam bis assueta significatione usurpatam inveni I. 3. 4 (22. 17) μέχρι γε τοῦ ἐκεῖ εἶναι. 1. 3 (5. 3).

Præterea hæ præpositiones cum infinitivo conjunguntur ὑπό, διά, ἀντί, παρά, ἐπέκεινα, ἐγγύς. De ἐπέκεινα vide supra p. 73. Ceteræ et apud atticos et apud Plotinum cum infinitivo conjunctæ raro apparent. Exempla affero:

ὑπό III. 2. 8 (179. 29) ὑπ' ἀργίας καὶ τοῦ ζῆν μαλακῶς. IV. 6. 3 (103. 26).

[1] Birklein p. 104.

vel ad rationem exprimendam maxime valet, ut II. 9. 4 (136. 34) τί γὰρ ἂν ἑαυτῇ καὶ ἐλογίζετο γενέσθαι ἐκ τοῦ κοσμοποιῆσαι; IV. 3. 26 (35. 18) εἰ μή τις τεκμαίροιτο — ἐκ τοῦ — ἐπιλήσμονας ἡμᾶς γίνεσθαι. Exstant 21 exempla. Adjumentum significat II. 9. 6 (140. 15) οὐ τὴν εὐδοκίμησιν θηρωμένους ἐκ τοῦ ἄνδρας κεκριμένους — ἀγαθοὺς εἶναι ψέγειν. De statu, e quo egreditur aliquid, usurpatur VI. 3. 8 (294. 5) τὰ ποιοῦντα ἐκ τοῦ μόνον οὐσίαν εἶναι ποιὰν οὐσίαν εἶναι.

πρό cum infinitivo apud classicos, qui vocantur, pæne non nisi temporali sensu eadem significatione qua πρίν cum infinitivo (cfr pag. 15) usurpatur. Rarissime ad præstantiam quandam significandam usurpatur. Apud Polybium priore tantum significatione occurrit (Hewlett p. 447). Exemplorum, quæ apud Plotinum inveniuntur, undeviginti temporalem significatum præbent. Hæc affero: I. 1. 3 (5. 5) πρὸ τοῦ χωρίσαι αὐτὸ πῶς εἶχεν; II. 6. 2 (125. 5) δεῖ τοίνυν ἐπὶ τῆς ποιᾶς οὐσίας τὴν οὐσίαν πρὸ τοῦ ποιὰν εἶναι καὶ τὸ τί ἐστι (sc. εἶναι). πρό *super* significat: VI. 7. 9 (380. 3), ὧδε γὰρ ἴσως λογικός, ἐκεῖ δὲ ὁ πρὸ τοῦ λογίζεσθαι (discursione superior. Fic.).

χάριν cum infinitivo prosæ orationis scriptorum atticorum nemo nisi Plato usurpavit. Apud Polybium autem sæpissime occurrit (Birklein p. 106, Hewlett 447 sq.). Plotinus hanc præpositionem cum infinitivo semel conjunxit: II. 7. 1 (127. 29) τοῦ διιέναι τοὺς ἱδρῶτας χάριν.

ἕνεκα cum genetivo infinitivi apud Demosthenem, Xenophontem Platonemque aut finali aut causali sensu usurpatur. Polybius multo sæpius χάριν, quod eadem vi est, usurpavit. Apud scriptorem nostrum semel finali sensu apparet IV. 4. 24 (64. 9) ἔστω μὴ — ἕνεκα τοῦ ὁρᾶν γεγονέναι.

ἔξω cum genetivo infinitivi apud classicos, qui vocantur, raro exstat. Præpositione *præter* reddendum est (Birklein p. 106). Polybius hac præpositione cum infinitivo conjuncta bis in locutione ἔξω τοῦ φρονεῖν γενέσθαι usus est. (Hewlett p. 451). Apud Plotinum ad verba εἶναι, γίνεσθαι, ποιεῖν his locis usurpatur: II. 9. 16 (154. 18) ὅ γε — παραβάλλων οὐκ ἔξω ἂν τοῦ ἀσεβεῖν γένοιτο (impietate alienus Fic.); IV. 3.

2 (9. 24) (τὴν ψυχὴν) ἔξω ποιοῦσι τοῦ μέρος εἶναι. I. 6. 1 (44. 32). VI. 8. 15 (433. 20).

ἄνευ. Classicorum, quos vocant, nemo nisi Demosthenes, Xenophon, Plato ἄνευ cum infinitivo conjunxit. In scriptis Polybii semel occurrit. Apud Plotinum septem exempla exstant, quorum hæc affero: III. 2. 2 (172. 7) ἄνευ τοῦ ζητεῖν ποιῆσαι. III. 6. 9 (230. 4) τὸ δ' οἷον ποιεῖν βέλτιον ἢ χεῖρον ἄνευ τοῦ πάσχειν ἐκεῖνο.

ἐπί cum genetivo infinitivi conjunctum atticorum Demosthenes tantum et Plato usurpavit (Birklein p. 105). Apud Polybium hic usus deest. Plotinus septem locis hac præpositione cum infinitivo usus est, quorum hæc affero: VI. 1. 30 (262. 11) ἴσως δ'ἂν μόνον ἁρμόσει ἐπὶ τοῦ κεῖσθαι τό πως ἔχον καὶ ἐπὶ τοῦ ἔχειν. ἐπὶ δὲ τοῦ ἔχειν κτλ. IV. 5. 2 (91. 11). VI. 1. 7 (237. 23). 1. 19 (251. 6).

μετά. Hujus præpositionis cum infinitivo conjunctæ 13 exempla inveni. Apud Demosthenem et Platonem rarissime exstat (Birklein p. 80). Exemplum hoc affero: I. 4. 15 (38. 22) φίλος ἂν εἴη μετὰ τοῦ νοῦν ἔχειν cet.

ἀπό cum genetivo infinitivi apud classicos, qui vocantur, causam vel id, ex quo oriatur aliquid, significare solet[1]. Cujus significatus apud Plotinum hæc inveni exempla: VI. 1. 21 (253. 24) καλλίων ὁ χαλκὸς ἀπὸ τοῦ θερμαίνεσθαι. 1. 22 (253. 31). 1. 13 (246. 13). Præterea a scriptore nostro ad verba separandi usurpatur, ut II. 9. 1 (135. 4) τῇ ἐπινοίᾳ χωριζούσῃ τὸ νοεῖν ἀπὸ τοῦ νοεῖν, ὅτι νοεῖ. VI. 8. 1 (117. 8).

μέχρι. De hujus præpositionis usu cfr Birklein p. 105. Apud Plotinum eam bis assueta significatione usurpatam inveni I. 3. 4 (22. 17) μέχρι γε τοῦ ἐκεῖ εἶναι. 1. 3 (5. 3).

Præterea hæ præpositiones cum infinitivo conjunguntur ὑπό, δία, ἀντί, παρά, ἐπέκεινα, ἐγγύς. De ἐπέκεινα vide supra p. 73. Ceteræ et apud atticos et apud Plotinum cum infinitivo conjunctæ raro apparent. Exempla affero:

ὑπό III. 2. 8 (179. 29) ὑπ' ἀργίας καὶ τοῦ ζῆν μαλακῶς. IV. 6. 3 (103. 26).

[1] Birklein p. 104.

διά IV. 4. 23 (62. 18) τῷ μὲν ἔξω διὰ τοῦ παθεῖν, τῷ δὲ εἴσω διὰ τοῦ τὸ πάθος αὐτοῦ εἶδος γενέσθαι.

ἀντί III. 7. 13 (261. 22) ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν κτλ.

παρά VI. 1. 7 (238. 17) τῷ μὲν διπλασίῳ παρὰ τοῦ ὑπερέχειν τὸ διπλάσιον, τῷ δὲ ἡμίσει παρὰ τοῦ ὑπερέχεσθαι.

ἐπέκεινα V. 6. 6 (199. 22) ἄλλ' ἐπέκεινα οὐσίας ὄντι καὶ τὸ τοῦ νοεῖν ἐπέκεινα εἶναι.

ἐγγύς. III. 7. 5 (249. 23) ἐγγὺς — τοῦ ὁρίζεσθαι.

II. Præpositiones cum dativo conjunctæ.

ἐν præpositione, qua classici cum infinitivo sæpe usi sunt, Plotinus nullam sæpius cum infinitivo conjunxit. Nam 89 exempla exstant. Etiam aliis modis usurpata hæc præpositio sæpissime occurrit, quæ apud posteriores Græcorum scriptores maxime usitata est (Cfr E. Seidel, De præpositionum usu Plotiniano quæstiones. Breslau 1886). ἐν cum infinitivo has significationes habet:

a) translata signeficatione *in* reddendum est, ubi de statu vel de actu aliquo agitur ut: II. 1. 8 (84. 6) δεῖ — αὐτὸ — ἐν τῷ θερμαίνεσθαι γίνεσθαι. Huc referendæ sunt locutiones, quales sunt: *in notione alicujus rei inest* vel *ad genus aliquod referendum est,* ut VI. 1. 18. (249. 18) ἐν τῷ ποιεῖν τὰς μὲν ἐνεργείας φήσουσι (sc. εἶναι) i. e. *in notione* ποιεῖν ἐνεργείας *inesse dicunt.* VI. 1. 24 (256. 1) τακτέον (τὸ κάθηται) ἐν τῷ πεπονθέναι ἢ πάσχειν. Quæ vertit HFM: *das Niedersitzen ist unter das Gelittenhaben oder Leiden, zu stellen.* Cfr VI. 3. 21 (308. 15) ἐν τῷ πάσχειν πολλαὶ κινήσεις cet. Simili modo ad verbum ἀριθμεῖν usurpatur. I. 4. 6 (30. 12) ἄλλα — ἃ μὴ ἐν τῷ εὐδαιμονεῖν ἠρίθμηται.

b) Haud raro cum verbo εἶναι significat *ex aliqua re constare,* ut I. 2. 4 (16. 11) ἐν τῷ καθαίρεσθαι ἡ ἀρετὴ (sc. ἐστὶ) ἢ ἐν τῷ κεκαθάρθαι IV. 4. 12 (51. 2) ἀνθρώπων τὸ φρονεῖν ἐν τῷ μὴ φρονεῖν τιθεμένων cet.

c) Sæpissimi temporali et modali sensu ἐν occurrit, ubi ad causalis vel instrumentalis significationis similitudinem nonnullis locis prope accedit: III 7. 2 (129. 20) ἐν τῷ μετ' ἄλλης εἶναι — οὐκ ἔστι παντελῶς ἐκείνη. III. 6. 11 (232. 32) ἐν τῷ οὕτω κεκοσμῆσθαι ἀπολεῖ τὸ ὕλην εἶναι. Hic cau-

sali pæne significatu usurpatur. Cfr VI. 3. 21 (308. 29). — IV. 3. 13 (23. 21) ἰσχύσαντα ἐν τῷ ἐν αὐτοῖς αὐτὸν ἱδρῦσθαι. Codd. habent ἐν, quod delevit HFM. Sed considerantes, iis locis, quos nominavi, causam præpositione ἐν cum infinitivo exprimi, codicum scripturam tolerare posse videmur. Eodem modo res se habet VI. 5. 12 (346. 32), ubi quoque ἐν HFM delevit.

d) limitationis vel respiciendi causa bis usurpatur: VI. 1. 15 (247. 7) ἐν δὲ τῷ ποιεῖν λεγομένῳ τάδ᾽ἄν τις ἐπισκέψαιτο. 7. 24 (396. 24).

πρός cum dativo infinitivi, de quo conferas Birklein p. 108, semel tantum occurrit, ubi *præter* significat: VI. 1. 7 (238. 12) τούτων ὄντων — πρὸς τῷ δύο, τὸ δὲ ἓν εἶναι.

III. Præpositiones cum accusativo conjunctæ.

εἰς cum infinitivo classici, quos vocant, aut ad finem exprimendum aut respiciendi vel limitationis causa usurpant. Apud quos non sæpe occurrit. Plato πρός sæpius usurpavit (Birklein p. 79 et 107). Apud Plotinum sæpe exstat atque his modis:

a) raro ad vocabula, quæ voluntatem exprimunt, ut IV. 4. 28 (67. 6) οἱ ζέοντες χολῇ ἕτοιμοι εἰς τὸ ὀργίζεσθαι ὦσιν. IV. 6. 3 (103. 15). 3. 24 (33. 12).

b) ad δύναμις, ad locutiones de hoc substantivo fictas, ad ἰσχύς, ad adjectivum κύριος et quæ ejusmodi sunt, ut II. 2. 13 (87. 15) ἡ ψυχὴ δύναμιν διδοῦσα παρ᾽ αὐτῆς εἰς τὸ ποιεῖν ζωτικωτέραν. 3. 17 (102. 20). Exstant 12 ex. IV. 3. 13 (23. 17) ὁ νόμος οὐκ ἔξωθεν τὴν ἰσχὺν εἰς τὸ τελεσθῆναι ἴσχει. VI. 8. 10 (427. 1) τύχη — εἰς τὸ γεννᾶν ταῦτα οὐ κυρία. 8. 20 (439. 27).

c) ad alia quædam substantiva IV. 6. 3 (102. 17) γυμνάσια εἰς τὸ ποιεῖν ῥᾳδίως. IV. 7. 4 (107. 4) τόπον δὲ ζητούσης εἰς τὸ ἱδρυθῆναι. VI. 7. 13 (385. 32) I. 9. 1 (72. 19) εἰς τὸ προκόπτειν οὔσης ἐπιδόσεως. IV. 7. 17 (122. 3).

d) ad finem exprimendum, locutionibus, quas nominavi, non antecedentibus, usurpatur, ut II. 4. 12 (113. 4) ἡ ὕλη — εἰς τὸ πράττειν αὐτὴν οὐ δίδωσιν. IV. 4. 12 (52. 13) οὐδενὸς ἄρα δεῖ τῷ τοιούτῳ εἰς τὸ ποιεῖν cet.

e) ad verba movendi, ut exprimat, ad quam rem spectet vel tendat aliquid, ut I. 1. 2 (4. 11) οὕτω γὰρ ἂν σπεύδοι εἰς τὸ μὴ εἶναι. II. 9. 8 (142. 16) εἰς τὸ ζῆν παρελήλυθεν (τὸ πᾶν). III. 1. 1 (161. 20). 2. 4 (174. 17) cet.

f) ad verbum ἀριθμεῖν et ad ea verba, quæ *ad aliquod genus referre* significent, ut I. 5. 4 (40. 18) ἀριθμεῖν εἰς τὸ εὐδαιμονεῖν. (De verbo ἀριθμεῖν cfr præp. ἐν). VI. 3. 21 (308. 14 et 16) οὐ μὴν οὐδ' εἰς τὸ ποιεῖν αὖ εἰς τὸ πάσχειν sc. ἀνάξει τὴν κίνησιν, ad notionem ποιεῖν vel πάσχειν referre; cfr ibid. l. 13. VI. 8. 6 (421. 31).

g) rarius consecutivo sensu usurpatur εἰς cum infinitivo, quæ significatio non apud classicos, sed apud Polybium invenitur (Hewlett p. 466), ut III. 2. 8 (179. 16) οἱ δὴ κακυνθέντες εἰς τὸ ἐγγὺς ζῴων ἀλόγων καὶ θηρίων ἰέναι κτλ. IV. 3. 10 (20. 1) V. 8. 4 (207. 14).

h) limitationis causa usurpatur I. 4. 4 (29. 10) οὐδ' ἐν τύχαις τοίνυν ἐναντίαις ἐλαττώσεται εἰς τὸ εὐδαιμονεῖν (cfr ibid. l. 3 εἰς εὐδαιμονίαν). III. 6. 11 (233. 13) οὐ βλάπτεται εἰς τὸ εἶναι — Ad ἀσθενής et ἀσθενέω VI. 5. 10 (344. 7) εἰς τὸ φρονεῖν ἀσθενής. III. 8. 4 (267. 10). VI. 8. 15 (434. 5). 8. 15 (434. 3) τὰ μὲν οὖν ἄλλα μονούμενα οὐκ ἔστιν αὐτοῖς αὐτάρκη εἶναι εἰς τὸ εἶναι. Cur HFM hoc loco εἰς deleverit, non apparet. Exstant decem exempla.

74 locis εἰς cum infinitivo occurrit.

πρός cum accusativo infinitivi eodem fere modo quo εἰς cum infinitivo usurpatur, sed apud scriptorem nostrum πρός rarius est. Contrario modo rem ex habere apud Polybium, docet Hewlett p. 465. Occurrit igitur

a) vera finali significatione II. 3. 8 (94. 5) τὰ ἄστρα — πρὸς τὸ σημαίνειν ἐστί. III. 7. 9 (255. 14). IV. 3. 26 (36. 2). 4. 32 (73. 28) cet. Ad δέομαι II. 4. 5 (106. 32) κἀκείνου πρὸς τὸ ὁρισθῆναι δεόμενα. III. 7. 6 (250. 21) IV. 3. 19 (27. 29) (προσδέομαι). 5. 4 (93. 33). V. 1. 10 (152. 22) VI. 5. 9 (343. 19). Etiam ad substantiva. ἕδρα IV. 3. 26 (36. 1) χρεία IV. 7. 8 (112. 19).

b) ad verba et ad adjectiva, quæ facultatem significant: I. 2. 4 (16. 20) ἢ οὐκ ἱκανὴν πρὸς τὸ μένειν ἐν τῷ ὄντως ἀγαθῷ; 4. 3 (27. 11) δεκτικὸν τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸ εὐδαιμονεῖν et II. 9. 5 (138. 25) (ἀρκέω) VI. 1. 11 (242. 25) δυνατός IV. 4. 37 (80. 12) 5. 4 (93. 24) δύναται πρὸς τὸ ποιῆσαι. — I. 8. 3 (68. 16). IV. 4. 2 (59. 32) αὐτάρκης.

c) translata significatione locali sensu ad verba movendi et mutandi usurpatur, quorum ad ea maxime invenitur, quæ cum πρός composita sunt. Sed etiam ad verba cum εἰς composita exstat; I. 4. 4 (28. 25) ὅς — μεταβέβηκε πρὸς τὸ αὐτὸ εἶναι τοῦτο. II. 1. 3 (78. 4) cet. I. 4. 6 (31. 3) προστίθησί τι πρὸς τὸ εὐδαιμονεῖν. 4. 14 (37. 28) προσθήκην πρὸς τὸ εὐδαιμονεῖν λαμβάνων. Cfr I. 4. 16 (39. 3). III. 2. 6 (177. 6) et VI. 7. 2 (418. 2). — I. 4. 7 (31. 9) οὐχ ὅτι πρὸς τὸ εὐδαιμονεῖν εἰσφέρεταί τινα μοῖραν κτλ.

d) respiciendi vel limitationis causa usurpatur: I. 4. 15 (38. 3) ὅσα μὴ πρὸς — τὸ ἄριστον εἶναι (sc. ἐστι). I. 6. 9 (53. 20) οὐδὲν ἔχων ἐμπόδιον πρὸς τὸ εἶς οὕτω γενέσθαι; — VI. 1. 22 (254. 11) ὅσα τοῦ ποιεῖν πρὸς τὸ πάσχειν (sc. ἐστί). I. 8. 8 (65. 21) ἀμβλύτεροι — πρὸς τὸ κρίνειν, cfr Thucydidem apud Behrendt p. 11 νεώτερος εἰς τὸ ἄρχειν, quæ locutio idem significat quod comparativus cum ἢ ὥστε. — 27 exempla exstant.

ἐπί cum infinitivo, qui apud solutæ orationis scriptores atticos eodem significatu quo εἰς et πρός occurrit (excepta limitandi vi), quater tantum apud scriptorem nostrum exstat. Quibus locis ἐπί *ad* translata significatione reddendum est: III. 7. 4 (248. 17) κινήσεως τῆς οὕτω σπευδούσης ἐπὶ τὸ ἀεὶ εἶναι τῷ μέλλοντι. 6. 12 (234. 16). V. 9. 7 (223. 28). VI. 7. 25 (396. 31).

κατά præpositione cum infinitivo conjuncta Thucydides primus usus est. Quæ apud atticos raro exstat (Birklein p. 56 et 79). Apud Plotinum 25 locis exstat. Ad verba εἶναι, λέγεσθαι, νοεῖσθαι, λαμβάνειν *pro,* nostra lingua *i förhållande till, med afseende på* maxime usur-

patur[1]. Exempla hæc affero: I. 2. 7 (19. 11) πᾶσαι καθάρσεις κατὰ τὸ κεκαθάρθαι. V. 1. 4 (145. 18) ὁ νοῦς κατὰ τὸ νοεῖν ὑφιστὰς τὸ ὄν. I. 4. 10 (34. 29). II. 5. 1 (118. 23) cet. VI. 1. 5 (235. 30) εἰ δὲ κατὰ τὸ μετρούμενον (sc. ὁ χρόνος ἐστί), κατὰ μὲν τὸ τοσόσδε εἶναι, οἷον ἐνιαύσιος, ἔστω ποσόν, κατὰ μέντοι τὸ χρόνος εἶναι φύσις τις ἄλλη. 1. 10 (241. 20) 1. 19 (250. 27). 1. 19 (251. 10) cet.

Duobus locis *quoad* significat: VI. 3. 22 (309. 26) ἀλλ' ἔστω ταὐτὸν νοούμενον τὸ τῆς ἀλλοιώσεως κατὰ τὸ παρακολουθεῖν τῇ κινήσει τὸ ἄλλο. 8. 7 (424. 3).

μετά cum accusativo infinitivi conjunctum semel exstat, ubi *post* vel *præter* significat: VI. 6. 6 (353. 7) τὰ πράγματα τὰ νοητὰ μετὰ τὸ εἶναι, ὅπερ ἐστί, τὰ μὲν ἑνάδες ἔσονται κτλ.

διά cum accusativo infinitivi rarius quam apud Atticos occurrit, quorum præsertim Xenophon et Plato hanc præpositionem sæpius quam aliam cum infinitivo conjunxerunt[2]. Eodem modo rem se apud Polybium habere, docet Hewlett (p. 456). Apud Plotinum undecim locis *propter*, *ob* significat, ubi pro sententia causali exstat διά et infinitivus: I. 4. 2 (26. 15) διὰ τὸ ἀνευρίσκειν μᾶλλον δύνασθαι. 4. 7 (32. 13). III. 5. 7 (214. 32) cet. Finalem sensum præbet διά IV. 4. 22 (61. 8) εἰς τίνα χρείαν — τὸ αἰσθάνεσθαι αὐτῇ; οὐ γὰρ δὴ διὰ τὸ γινώσκειν, ubi eadem significatione qua εἰς cum accusativo διά cum infinitivo usurpatur.

παρά cum accusativo infinitivi conjunctum classicorum nemo nisi Thucydides et Demosthenes usurpavit (Behrendt p. 11, Birklein p. 107). Apud scriptorem nostrum tria exempla exstant, ubi *ad* vel nostrum *i jemförelse med, i förhållande till* significat. Hæc sunt: IV. 3. 35 (34. 16) τό τε μνημονεύειν παρὰ τὸ νοεῖν ἄλλο. VI. 1. 10 (242. 18). 1. 18 (250. 4). Causalem sensum, quem apud classicos nus-

---

[1] Maxime in Enneade VI., libb. 1—3 occurrit, ubi quum in subtilissimis quæstionibus περὶ τῶν γενῶν τῶν ὄντων scriptor versetur, hujusmodi locutiones usurpandi locus sæpe est. De κατά apud Platonem cfr Gildersleve Am. Journal III, p. 201.

[2] Etiam in Aristotelis Metaphysica, quo in libro quomodo appareat inf. c. articulo, summatim perlustravi, sæpissime exstat.

quam, sed apud posteros habet, hi loci præbent: V. 8. 1 (203. 2) φανείη μὲν ἂν — καλὸς οὐ παρὰ τὸ εἶναι λίθος — ἀλλὰ παρὰ τοῦ εἴδους, ubi eadem significatione, quam habet παρά cum genetivo substantivi, usurpatur. VI. 8. 6 (421. 14) ὃ παρὰ τὸ βουληθῆναι γένοιτο ἄν, ubi mea quidem sententia HFM minus recte vertit *gemäss*.

ὑπέρ cum accusativo infinitivi neque attici nec Polybius usurpavit. Duobus locis exstat, ubi *super* vertendum est: VI. 7. 35 (408. 13) μηδὲ ζῇ ἐκεῖνο ἀλλὰ ὑπὲρ τὸ ζῆν. 8. 15 (433. 29) οὐκ ἐπακτὸν τὸ ὑπὲρ τὸ νοεῖν ἐχούσῃ.

Addenda et corrigenda:

Pag.	6 l.	7	exstat	ex	pro	e
"	" "	8	"	Schape	"	Schanz
"	" "	9	"	1877	"	1880
"	15 "	16	"	Hesiodum	"	apud Herodotum
"	" "	"	"	p. 147	"	p. 147 et 74
"	32 "	24	"	χυχῇ	"	ψυχῇ
"	" "	27	"	ζητείν	"	ζητεῖν
"	62 "	18	"	1873	"	1882
"	57 "	28	additur	III. 5. 2 (209. 22)		
"	" "	30	"	II. 1. 1 (75. 12). (Cfr p. 72).		